
DOMINUS ILLUMINATIO MEA
Taylor Institution.

PAROEMIA ET REGULAE IURIS ROMANORUM, GERMANORUM, FRANCO-GALLORUM, BRITANNORUM.

EDIDIT

LEOPOLDUS VOLKMAR,

TRIBUNALIS BORUSSICI SUPREMI ADVOCATUS.

BEROLINI,

ALLGEMEINE DEUTSCHE VERLAGS-ANSTALT.

(SIGISMUND WOLFF.)

1854.

Jurisprudentiae ubi operam dare coepi, paroemia juris mirifice me delectarunt, quibus tanta nonnunquam auctoritas mihi inesse videbatur, ut vel ipsis legibus aequiparari possent. Itaque factum est, ut cum multum diuque in iis versatus essem, juris paroemia Romanorum, Germanorum, Francogallorum, concinnare constituerem.

Quoad paroemia Britannorum adjeci tabulam legum (Table of legal Maxims) quae in libro „A particular Introduction to Law Studies by Warren" compositae sunt.

Praeter fontes inprimis adii in Romanis, Menochium de praesumtionibus, conjecturis et signis Genevae 1670. *Gothofredi Florilegium; Genevae* 1777. *Boyszii Aurea dicta Coloniae* 1597. *Breviarium Advocatorum, auctoris non nominati, Bruxellis — H. Tarlier —* 1829.

In Germanicis. I. N. Hertium de Paroemiis juris Germanorum et Eisenharti „Grundsätze der deutschen Rechte in

Sprichwörtern.“ Ibi citato Speculo Saxonum, jure Lubecensi, Carolina, codicibus Borussicis, ubi opus esse videbatur, hoc assequi conatus sum, ut paroemia recte intelligerentur.

Denique Francogallica petivi ex „Institutes Contumières.“ D'Antoine Loysel.

Operi meo quantum desit facile videris. Saepe autem animadverti, Horatianum illud: „nonum prematur in annum“ hoc efficere, ut vel utilissima suscepta omitterentur. Itaque satius esse existimavi, jam nunc incipere quam diutius vel semper morari. Hoc tantum viros doctos rogatos velim, ut, si forte altera hujus libri editio desideretur, consiliis suis me adjuvare ne dedignentur.

Berolini 1854.

Volkmar.

PAROEMIA ROMANORUM

Ablativi absoluti.

Ablativi absoluti conditionem important.

Abnoctare.

Abnoctare extra provinciam non debet praeses. l. 15. D. I. 18.

Absentia.

Abesse non videtur, qui ab hostibus captus est, sed qui a latronibus detinetur. l. 199. §. 1. D. 50, 16.

Abesse reipublicae causa intelligitur, qui non sui commodi causa, sed coactus abest.

Absens praesenti non nocet. l. 1. D. 40, 5.

Absens studiorum causa videtur praesens. l. 78. D. 32. 1.

Absentia sua nemini nocere debet. l. 2. § 1. D. 2, 9.

Absentia longa et mors aequiparantur.

Absente patre, curator datur, ne bona pereant.

In omnibus partibus juris, is qui reversus non est ab hostibus quasi tunc decessisse videtur, cum captus est.

Ex justa causa abesse eos demum dicendum est, qui non habent injustam causam absentiae. l. 28. §. ult. De fideic libert.

Is qui reipublicae causa abfuturus erat, si procuratorem reliquerit, per quem defendi potuit, in integrum volens restitui, non audiatur. l. 39. D. III. 2.

Divi Severi et Antonini magni rescriptum est, ne qui absens puniatur. Et hoc jure utimur, ne absentes damnentur; neque enim inaudita causa quemquam damnari aequitatis ratio patitur.

Marcianus-

Absentia diuturna justa est causa dissolvendae societatis. Gothofredus.

Absolvere.

Absolvere potest, qui condemnare potest.

Absolutio.

M. Absolutus a crimine vel ab irregularitate, si denuo recipit beneficium, quod dimiserat, confidentiam simoniacam commisisse dicitur.

Absolutus sententia judicis praesumitur innocens.

Levius est nocentem absolvere, quam innocentem condemnare.

Absumptum.

Absumptum non videtur, quod in corpus patrimonii versum est.

Abusus.

Abusus non est usus, sed corruptela.

Acceptare.

M. Acceptans rem, cum sua causa, onere et natura acceptare tenetur.

Accipere.

Accipiuntur quaedam honeste, quae honeste non petuntur. l. 1. §. 5. D. 50, 13.

Accepti latio.

Accepti latio in diem facta nullius est momentii. l. 5. D. 46, 4.

Accepti latio non valet, ubi aliud accepti latum est et aliud rogatum. l. 6. D. 46, 4.

Accepti latio sub conditione fieri non potest. l. 4. D. 46, 4.

Accepti latio verborum obligationem tollit. l. 8. §. 3. D. 46. 4.

Acceptum.

Accepto liberare servus communis alterum ex dominis ab altero domino potest. l. 8. §. 2. D. 46, 4.

Accepti latio solutioni comparatur. l. 7. §. 1. De liberat. legata. Ulpianus.

Accessorium.

Quidquid ex re nostra nascitur, nostrum est imo antequam nascatur, rei nostrae partem facere intelligitur.

Si equam meam equus tuus praegnantem fecerit, non est tuum, sed meum, quod natum est. l. 5. §. 2. D. 6, 1.

M. Accessorium regulatur secundum naturam sui principalis.

Accessorium sequitur suum principale. Et de accessorio idem judicatur quod de principali.

Accessorium dicitur esse quid individuum cum Ipso principali.

Accessorium cedit principali. l. 29. D. 34, 2.

Accessorio extincto non extinguitur principale. i. 33. D. 34, 2.

Accessorio principale non confirmatur. l. 44. D. 28, 6.

Accidentia.

M. Accidentia extrinseca non praesumuntur.

Accidentale.

Accidentali praevalet naturale. l. 3. D. 26, 1.

Accusatio.

M. Accusat nemo, nisi quae jam facta sunt.

Accusare per calumniam praesumitur is velle, qui praeterito tempore per calumniam accusavit.

Accusans aut agens semel per calumniam, praesumitur iterum calumniose agere velle.

Accusans aliquem sine aliquo suo commodo vel proprio interesse, fraude carere non videtur.

Accusans violatores sepulcri paterni ex hoc non praesumitur haereditatem adiisse.

Accusatio, lapso tempore accusandi, admittitur, non contradicente adversario.

Accusatio tarda maxime arguit innocentiam accusati.

Accusator, qui accusationem non probavit, praesumitur esse in dolo et mendacium dixisse et falsam accusationem proposuisse dicitur.

Accusator, qui accusatione proposita differt subterfugitque judicium, calumniator praesumitur,

Accusator in criminalibus debet concludenter probare commissum crimen, nec sunt sufficientes praesumptiones nisi sint urgentes.

Accusatoris probatio debet luce meridiana esse clarior et redditur dubia ex qualicunque accusati probatione.

Is qui reus factus est, purgare se debet, nec ante potest accusare quam fuerit excusatus.

Ulpianus.

Senatus censuit, ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret. l. 4. D. 48, 2.

Vocem funestam amputari oportet potius quam audiri. l. pen. C. 9, 1.

Nemo de proprio crimine confitentem super conscientia scrutetur aliena. l. ult. C. 9. 2.

De his quos tenet carcer, id aperta definitione sancimus, ut aut convictos velox poena subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. l. 5. C. 9, 4.

Acetum.

M. Acetum vini appellatione non venit.

Acinaticium.

M. Acinaticium vel Acenacium venit nomine vini.

Acquiescere.

Si ex duobus petitoribus alter victus acquieverit, alterius petitioni non praejudicatur. l. 63. D. 42, 1.

Ad solutionem dilationem petentem acquievisse sententiae, manifeste probatur, sicut eum qui quolibet modo sententiae acquievit. L. 5. cod. de re judicata.

Postquam res integra esse desiit, nulla causa est propter quam audiri debeat appellans ab ea sententia, cujus executioni consensit, tametsi certet de damno vitando, ne injuria afficiatur is qui rei judicatae auctoritatem secutus est; Glossa in l. ad solutionem 5. cod. 7, 52.

Acquirere.

Acquiritur nobis per servum putativum et non per filium putativum. l. 44. pr. D. 41. 3.

Acquisitio.

M. Acquisitio fit etiam ignoranti, et acquiritur etiam acceptanti sola animi destinatione.

Acquisita praesumuntur propria pecunia quaesita.

Acquisita a muliere praesumuntur ex bonis mariti quaesita.

Acquisivisse mulier ex bonis mariti vidua intra annum luctus prasumitur.

Non omnis acquisitio communicatur inter virum et uxorem, solum ea quae fit constante matrimonio, et quae non pendet a jure alterutri eorum ante matrimonium quaesito. Molinaeus.

Actio.

Actio inanis est quam excludit inopia debitoris. l. 6. D. 4, 3.

Actio injuriarum non competit heredi. l. 10 §. 2. D. 2. 11.

Actio semel extincta non reviviscit. l. 27. D. 2, 14. — l. 48. §. 8. D. 46, 3. — l. 5. D. 9, 4.

Actionem habere minus est quam rem. l. 204. D. 50, 17. — l. 24. D. 6, 1.

M. Actio succedit loco rei.

Actionum cumulatio est permissa nisi expresse prohibita.

Actiones quae alias cumulari non possent, cumulantur tamen non opponente adversario.

Actiones cedens non praesumitur cedere contra se ipsum.

Actiones cessae pro parte venditae et pro parte donatae faciunt prasumi cessionem simulatam.

Actiones cessae potentiori praesumi faciunt cessionem simulatam.

Actionum cessio clam facta, simulata praesumitur.

Actionis verbo non continetur exceptio.

Paulus.

Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.

Quum actiones de re eadem concurrunt, alia aliam non consumit.

Is qui actionem habet ad rem recuperandam rem ipsam habere videtur. l. 15. D. 50, 17.

Is nullam videtur actionem habere, cui propter inopiam adversarii inanis actio est. l. 6. D. 4, 3.

Juri convenit ut cui datur actio ei multo magis detur exceptio. Stypmannus.

Actio ad mobile consequendum mobilis est, ad immobile, immobilis.

Qui non cogitur in aliquo loco judicium pati, si ipse ibi agat, cogitur excipere actiones et ad eumdem judicem mitti. Paulus.

Ubi concurrunt plura delicta, ibi concurrunt plures actiones. Baldus.

Constante matrimonio neutri eorum conjugum, neque poenalis, neque famosa datur actio. Lex

enim tam atrocem actionem dare in personam ita conjunctam erubuit. l. 17. cod. 6. 2.

Actio in solidum.

Perceptio usurarum ab uno non perimit actionem adversus alios competentem in solidum.

Actor.

M. Actor semper potest et debet venire paratus ad judicium.

Actor non comparens in termino, ad quem citavit reum, ex causa injusta praesumitur abesse.

Actor et reus sunt in pari causa quoad probationes et praesumtiones et uterque debet concludenter probare suam intentionem.

Actori magis quam reo in praeparatoriis judiciis favetur.

Actore non probante absolvitur reus, nisi adsit aliquid quod pro actore faciat.

Acta in judicio tempore feriarum valent, non contradicente parte.

Acta facta in judicio praesumtionem faciunt etiam contra tertium.

Actor sequitur forum rei.

Actori incumbit onus probandi.

Reus potest exigere ab actore ut edat sibi instrumenta, si ea scilicet in sua potestate habeat, quibus contendit se posse causam suam instruere, vel exceptionem probare.

Attamen nemo edere contra se tenetur.

Actus.

Actus stipulantis et promittentis continuus esse debet.

M. Actus ex quo praesumtio sumitur, debet esse omnino perfectus.

Actus omnis regulariter duobus testibus probatur.

Actus quilibet proprio nomine gestus praesumitur et si geri alio nomine quoque potuisset.

Actus et dispositio recipit interpretationem a natura et qualitate personae concedentis.

Actus sequens animum praecedentem demonstrat.

Actus dubius interpretationem recipit ut valeat potius quam pereat.

Actus unus non infert alium qui necessario ex illo non sequitur.

Actus negativus nil infert.

Actus ab eo factus praesumitur, qui inpensam, facere tenetur.

Actus praesumitur factus ad instantiam illius, ad cujus favorem et utilitatem refertur.

Actus falsus non est actus.

Actum faciens contrarium primo, ab illo recedere praesumitur.

Actum faciens scienter contra juris praecepta, per contemptum fecisse praesumitur.

Actus ubi fieri consuevit inter praesentes, praesentia praesumitur.

Actus praesumitur ita gestus, ut sit utrique parti minus quam fieri potest onerosus.

Actus praesumitur factus secundum propriam ejus naturam et gestus secundum qualitatem rei, super qua conficitur.

Actus habens formam debitam, praesumptionem pro se habet.

Actus necessitate factus, consensum excludit.

Actus secundum juris communis dispositionem factus praesumitur.

Actus praesumitur factus, in executionem praecedentis mandati.

Item ob causam praecedentem.

Item in executionem praecedentis tractatus.

Vel in executionem praecedentis obligationis.

Actus substantialia immutare non potest.

Actus difformis est qui nullum habet contractum seu causam antecedentem.

Actum faciens qui uno casu permissus, altero prohibitus est, praesumitur in permisso facere talem, qualem praefationis verba ostendunt.

Actum impugnans gravatur onere probationis.

Actus nostri voluntarii non extenduntur nisi quatenus necessitatem inferunt.

Actus taciti non sunt ita late interpretandi, sicut expressi.

Actus duo facti alter post alterum censentur correspectivi.

Actus quando potest sustineri tam de jure communi quam speciali praesumitur confectus de jure speciali.

Utilius est enim ipsi agenti, ut jure speciali valeat.

Actus ille praecessisse censetur, qui jure praecedere debuit.

Et ex actibus duobus praesumitur ille praecessisse, qui alium reddit validum.

Actus quilibet praesumitur factus, ut valeat, non ut pereat.

Et semper praesumitur validitas actus donec de ejus invaliditate constiterit.

Actum in dubio interpretamur, ut valeat eo modo, quo valere potest.

Non debemus autem actum interpretari ut valeat omni modo, quia semper valeret quod est absurdum.

Actus facti in continenti post metum illatum, metu facti praesumuntur.

Actus necessarii fraudis suspicionem elideunt.

Actus non praesumitur validus, quando ei repugnat praesumtio oriens ex natura ipsius actus.

Idem quando actus non habet suam formam.

Idem quando alias repugnat praesumpta mens disponentis.

Idem quando agitur de impediendo processu litis.

Idem quando agitur de praejudicio tertii.

Idem quando actus factus in fraudem legis.

Idem quando conjecturis apparet eum, qui actum confecit voluisse eligere viam illam, qua actus redditur nullus.

Actus agentium ultra intentionem operantur in:

his sine quibus voluntas suum effectum consequi non posset.

Actus correspectivi dicuntur illi, quorum unus, respectu et causa alterius confectus est, et uno deficiente corruit alter.

Imo pro uno actu habentur.

Et si unus est fictus et simulatus et fraude factus, sic et alter praesumitur.

Actus duo censentur correspectivi non solum quando unico contextu celebrantur, sed etiam quando intra breve tempus unus post alterum conficitur.

Actus non praesumuntur correspectivi quando si invicem non compatiuntur, vel sunt diversa natura, etiam si confecti sint uno eodemque tempore.

Actus frequentatus praesumptionem scientiae inducit inter vicinos.

Actus geminatus si continet errorem, scienter commissus censetur, non autem per ignorantiam.

Actus gestus adhibita praetoris praesentia et auctoritate praesumitur rite et recte confectus et cum causae cognitione.

Actus in mente retentus nil operatur.

Actus nullus nomen actus non meretur.

Ex actu nullo facile declaratur facientis voluntas.

Actus odiosus in dubio non sustinetur quia in odiosis non praesumitur pro validitate actus.

Actuum pluralitas debet ab eo probari qui eam deducit.

Actuum pluralitas non praesumitur, etiam si plura documenta, quae possent de ea re fieri, confecta reperiantur.

Actus sequens declaravit voluntatem praecedentem.

Actus substantia sublata, non est de ipsius effectu disputandum.

Actus unitas praesumitur ex identitate loci et personarum.

Forma substantialis actus dat esse actui in tantum quod, illa deficiente, actus non dicitur nec actus nomen assumit.

Nihil actum esse credimus, dum aliquid addendum superest. l. 11. cod. 6, 35.

Res inter alios acta vel judicata, alteri nec prodest nec nocet.

Id sequimur quod actum est.

Ubi actus non est necessarius, nihil refert an bene an male sit factus.

Addictio.

Addictionis die pendente procedit usucapio. l. 2. D. 41, 4.

Adhibere.

Adhibenda novis morbis nova remedia.

Administratio.

Vox administrationis omnem excludit alienationem, nec cadit alienatio in causam administrationis.

Baldus.

M. Administrator reddens rationem de aliquo negotio, si a domino verbis generalibus liberetur, extenditur ad omnia quaecunque.

Administrationem cum libera habens a lege, transigere potest, non qui ab homine.

Admissum.

Non videtur admittendum quod non duraret admissum.

Adoptare.

Adoptare femina sine jussu principis non potest. l. 29. D. 5, 2.

Adoptare minor majorem non potest. l. 1. et D. I. 7.

Adoptio.

Adoptio est legis actio qua qui mihi filius non est, ad vicem filii redigitur.

Justinianus.

Adoptio non jus sanguinis, sed jus agnationis adfert. l. 23. D. 1, 7.

Ad tempus.

Ad tempus permissum, post tempus videtur prohibitum. l. 11. §. 1. D. 31, 1.

Adulterium.

Adulteram uxorem occidens maritus justum dolorem exequitur. l. 3. §. 3. D. 29, 5.

M. Adulteri suspicio et praesumptio oritur,

quando mulieris domus frequentatur die noctuque ab adolescentibus, praesertim scholasticis.

Adulterii praesumptio insurgit adversus eum, cui a marito ter denunciatum fuit, ne cum ejus uxore esset eamque alloqueretur si deinde comperit eam alloquentem.

Adulterii praesumptio insurgit quando solus cum sola inventus est in loco secreto et abdito.

Non dicitur autem ex hoc actu vere probatum adulterium.

Adulterium committente muliere donatio a viro facta praesumitur revocata.

Qui tenet uxorem adulteram, stultus et impius est.

Indignum est, ut ultionem pudoris prestigia versuti juris excludant. l. 28. C. 9, 9.

Advocatus.

Advocatus non perdit dominium rei quam pro alio, ignorans suam esse, defendit. l. 54. D. 6. 1.

Oportet ut bonas causas et veraciter agant advocati.

Veritas ipsa, ut et innocentia, maxima eloquentia est, et de veritate magis quam de victoria solliciti esse debent causarum patroni.

Licet advocato vendere justum patrocinium, et jurisconsulto justum consilium, quamvis non liceat judici vendere justum judicium.

Nullum cum ligitatore contractum, quem in propriam receperit fidem, ineat advocatus, nullam conferat pactionem.

Advocati non debent exercere officium tabellionis. Gloss. in legem 15. cod. de decur.

In advocatorum tutela, non privatorum duntaxat, sed et reipublicae salus continetur.

Advocatus non accusat. l. 14. §. 9. D. 38. 2.

Non advocatus nisi vocatus.

Advocatum adversario subtrahens, praesumitur fovere malam causam.

Advocatorum error litigatoribus non nocet. l. 2, 3. C. 2, 9.

Aedes.

M. Aedes suas ad coelum usque tollere cuilibet liberum est.

Aedificare.

Aedificat et qui novum opus facit et qui vetus reficit. l. 1. §. 8. D. 11, 8.

Aedificium.

Aedificia ut reficiantur, curare debet judex. l. 7. D. 1. 19.

Aedificia imperfecta non derelinqui ad decus urbium pertinet. l. 20. §. 6. D. 39. 1.

Heres aedificans in re fideicommisso subjecta, non praesumitur donare, sed tempore restitutionis repetit impensas.

Aedificans in alieno solo scienter, donare praesumitur.

Scienti alienum solum esse, potest objici culpa,

quod aedificaverit temere in eo solo, quod intelligeret, alienum esse.

Ea quae ex aedificio sunt detracta, ut reponantur, aedificii sunt; secus quae sunt parata ut imponantur.

Superficies solo cedit.

Aequipollentia.

Non refert quid ex aequipollentibus fiat.

Aequalitas.

Quoad jus naturale omnes homines aequales sunt. l. 32. D. 50, 17.

Non debet uni licere quod alteri non permittitur.

Quod ab uno servari non poterit a caeteris exigi non posse explorati juris est. l. 2. C. 7, 55.

In controversiis, quas in judiciis moveri contigerit, aequalitatem litigatoribus volumus servari. l. 12. §. 4. C. 12, 19.

Jungat aequalis gratia, quos junxit aequalis natura.

Aequitas.

In omnibus quidem, maxime tamen in jure, aequitas spectanda est.

Quoties aequitatem desiderii naturalis ratio aut dubitatio juris moratur, justis decretis res est temperanda. l. 85. §. ult. D. 50, 17.

Naturalis ratio optimus est legis clypeus, ju-

dexque non minus moveri debet naturali dicto, seu dictamine rationis, quam lege scripta, quia quaerere legem, ubi habemus rationem naturalem, est infirmitas intellectus. Baldus.

Aequitas juris scrupulositati praeponderare debet.

Aes.

Etiam nummos aureos aes dicimus.

Ulpianus.

Aes alienum.

Omne aes alienum quod manente societate cotractum est, de communi solvendum est.

Ob aes alienum servire liberos creditoribus, jura compelli non patiuntur. l. 12. C. 4, 10.

Aestimatio.

Aestimationem veram litis praestare debet judex, qui dolo judicavit. l. 15. D. 5, 1.

Liberum corpus aestimationem non recipit. l. 3. D. 9, 1. et l. 7. D. 9. 3.

Alia est aestimatio possessionis, alia fundi seu proprietatis. Bartholus.

Pretia rerum non metimur a singulari affectione, sed aestimatione communi. Baldus.

M. Aestimatio venditionem, numeratio dominii translationem significat.

Aestimatio contractum emptionis et venditionis facit praesumi.

Aestimatio rei in dotem datae non operatur omnes effectus venditionis.

Aestimatio rei in dotem datae facta ad alium finem quam ut faciat emptionem, non operatur quin res ipsa dotalis remaneat.

Idem si dictum est quod restituantur uxori si tunc extabunt, habita tamen ratione augmenti et diminutionis viri boni arbitratu.

Quod procedit etiam si nulla sit facta mentio augmenti vel diminutionis.

Aestimationis rei in dotem datae quantitate non expressa remanet res dotalis, nec praesumitur facta venditio.

Idem si tempore aestimationis maritus dotem recipiens, non habet in bonis valorem illius.

Idem quando aestimatio non aequivalet ipsi rei, sed est longe minor.

Aestimatio rerum in dotem traditarum facta postea ex intervallo constante matrimonio, non facit praesumi emptionem, sed remanent dotales.

Aetas.

M. Aetas probari debet ab eo, qui ut aliquid consequatur, habilem se dicit et idoneum.

Aetas, probanda ab eo qui commodum ex ea sensurus est, sive affirmative sive negative deducitur.

In criminibus aetatis suffragio minores non

juvantur. Etenim malorum mores animi infirmitas non excusat. l. 23. D. 47, 2.

Fere in omnibus poenalibus, judiciis et aetati et imprudentiae succurritur. Paulus.

Affectio.

M. Affectio major praesumitur erga jam natos quam erga nascituros.

Nullus affectus qui vincat maternum.

Affirmans.

M. Affirmans aliquid dicitur affirmare omnia praecedentia, sine quibus actus non consistit.

Afflictio.

Non est addenda afflictio afflicto.

Ager.

Ager praesumitur ejusdem quantitatis, qua olim fuit.

Agere.

Ubi agit quis, ibi defendere tenetur. l. 22. D. 5, 1.

Per alium qui facit, ipse facere videtur.

Nemo contra se sponte agere censetur.

Intelligitur dominus, cum patitur colonum in fundo esse, ex integro locare, et hujus modi contractus neque verba, neque scripturam desiderant. l. 13. §. 2. D. 19, 2.

Agere non valenti, non currit praescriptio.

Agger.

M. Aggeres exstruens in suo ad avertendam aquam ne in agrum suum fluat, non praesumitur id fraudulenter facere, etiam si vicino deinde noceat.

Aggressor.

M. Aggressorem occidens tempore noctis non praesumitur habuisse animum ipsum occidendi, sed potius se defendendo id fecisse.

Et idem dicendum etiam si excessit modum defensionis.

Agnatus.

M. Agnatus proximior praefertur remotiori in successione fideicommissi conditionalis.

Conceptus pro nato habetur quoties de ipsius commodo quaeritur.

Agnati qui nondum nati sunt, sed tantum concepti tempore evenientis casus successionis ad fideicommissum conditionale praesumuntur a testatore vocati.

Agnato admisso ad successionem et nato eo tempore, quo evenit conditio, si deinde natus est alter ejusdem gradus, non admittitur ad successionem, nec concurrit cum jam admisso.

Agnatus praesens et tacens alienationi factae ab agnato, non praesumitur consentire.

Agnatus, cujus consensus ex dispositione re-

quiritur, subscribendo actui celebrato ab agnato in sui praejudicium, non praesumitur approbasse.

Agnitio.

M. Agnitio partis, arguit agnitionem totius.

Agnoscere.

Agnoscens judicium renuntiat illi excusationi quam habeat antequam susciperet. l. 13. §. 3. D. 50, 5.

Alienare.

Pactum de non alienando rem propriam non valet. l. 60. D. 2, 15.

Alienatum proprie non dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet. l. 57. D. 50, 16,

Prohibitio alienationis ad alienationem necessariam se non extendit, sed ad voluntariam tantum. Paulus.

Vox administrationis omnem excludit alienationem nec cadit alienatio in causam administrationis. Baldus.

Alienatio.

Qui praescribi patitur, alienare videtur.

Argentraeus.

Quoties in fraudem legis fit alienatio, non valet quod actum est.

Qui non potest alienare, nec juramentum deferre potest. Alexander.

In dubio non praesumitur quis alienasse ea quae repertus est possidere. Bartholus.

M. Alienationis nomine continetur omnis actus, quo ipsius rei dominium transfertur.

Alienationis prohibitio est vocationis, et substitutionis accessoria, et non extendit fideicommissum.

Alienatio metu facta non annullatur ad detrimentum illius qui acquisivit, si metus particeps is non fuit.

Alienatio rei tempore periturae conceditur citra jus et nomen haeredis.

Alienatio titulo lucrativo facta in fraudem fisci, vitiatur.

Alienatio rerum ecelesiae facta sine auctoritate Episcopi non tenet.

Alienatio bonorum Ecclesiae facta a Praelato in consanguineos suos observata solemnitate requisita et in utilitatem Ecclesiae valet et consistit.

Alienatio omnium bonorum facta tamen multo tempore ante delictum commissum, nulla delinquendi suspicione existente, fraudem non arguit.

Alienatio bonorum in fraudem fisci facta non praesumitur ab eo qui ita deliquit, ut puniri se posse non speraret.

Idem si alienatio justis de causis facta et delicto statim subsecuto fraudulenta praesumitur.

Alienatio bonorum titulo lucrativo facta.

Idem si titulo oneroso fiat.

Alienatio in fraudem fisci facta praesumitur, quando alienans in possessione rei alienatae perseveravit.

Alienatio bonorum ante delictum commissum clam facta, praesumitur in fisci fraudem facta.

Alienatio in fraudem fisci dicitur, si facta sit sub conditione veluti dono si bona mea publicari contigerit.

Alienatio facta ex causa necessaria, non praesumitur in fraudem fisci emanasse.

Alienationi rei dotalis consentiens mulier praesumitur non metu, sed sponte sua egisse.

Alienationi rei legatae consentientem etiam in pretio sibi praejudicare, constat.

Alienatio facta in ultimis voluntatibus favorabilior est ea, quae fit inter vivos.

Alienatione prohibita per statutum, praesumitur et prohibitum pactum de alienando.

Alienationes in fraudem fisci factas non esse nullas ipso jure, sed annullandas et revocandas.

Alienare prohibitus a testatore, nec inter vivos distrahit aut testamento relinquit, habet tamen haeredem ab intestato.

Alienus.

Alieno de facto jurare iniquum est. l. 11. §. 2. D. 25, 2.

Alimenta.

Necare videtur, qui alimenta denegat. l. 4. D. 25, 3.

Mulier de bonis viri est alenda.

Argentraeus.

Ab eo, qui aliunde habet, unde alatur, alimenta peti non possunt. Idem.

Competens judex a filio te ali jubebit, si in ea facultate est, ut tibi alimenta praestare possit. l. 2. D. 5, 25.

Legatis alimentis, cibaria et vestitus et habitatio debentur, quia sine his ali corpus non potest. l. 6. D. 34, 1.

Vir et uxor inopes superstites alendi sunt ab haeredibus defuncti.

Alimentis legatis sunt et ligna praestanda non solum pro coquendis cibis, sed etiam calefaciendi causa hiemali tempore.

Comprehenditur etiam aqua, quando in regione vendi solet.

Venit etiam equus, si alimentarii dignitas id fert.

Et pariter servi praestari debent.

Et pro ipsis servis danda sunt salaria.

Continentur etiam medicinae.

Alimentorum causa dicitur causa pia, et idcirco legatum alimentorum dicitur pium.

Quod si testator legaverit alimenta usque ad pubertatem, pueris debentur uspue ad annum XVIII puellis usque ad XIV.

Alimenta debentur, etiam si conditio mixta casu deficiat.

Alimenta quis ex eo loco capere praesumitur, ubi labores sustinet.

Alimentorum legatum nil differt a legato educationis.

Alimentorum legatum non reiteratur.

Et aliis deficientibus tenetur praestare alimenta ille, ad quem pervenerunt testatoris bona, etiam si fiscus is sit, qui ea obtinuit.

Quod si sunt praestanda mulieri, quae salvo ejus honore non potest habitare cum haerede, sunt ei praestanda extra propriam domum haeredis.

Idem quando alimentarius ob immodicam haeredis saevitiam cum haerede habitare non potest.

Et sunt praestanda ab haerede extra propriam domum, etiam quando inter ipsum et alimentarium orta esset lis et inimicitia.

Idem quando plures haeredes, qui praestare tenentur alimenta, diviserunt bona ipsa testatoris et separatim habitare coeperunt.

Idem quando casu aliquo fortuito evenit, ut alimenta praestari nequeant in domo haeredis.

Quando veniunt praestanda ex pecuniarum quantitate, pecunia ipsa non est impendenda, sed reponenda ad honestum lucrum et ex reditu erunt praestanda alimenta.

Alimenta, si duobus sint coniunctim legata,

neque testator expresse disposuit, quod, altero eorum decedente vel repudiante, superstes totum haberet portio praemorientis vel repudiantis, alteri non accrescit.

Alimentorum praestatio arguit quem esse alterius filium.

Alimenta quae legis dispositione praestantur, aliter praestanda sunt quam ea, quae testatoris dispositione debentur.

Alimenta proposita ab avo nepoti, cujus bona administrabat, dicuntur praestita ex bonis ipsius nepotis.

Alimenta debita legis dispositione debentur etiam de praeterito.

Alimenta relicta a testatore, prout in vita consueverat, intelliguntur secundum annos immediate praecedentes.

Alimenta praeterita non habent privilegium alimentorum.

Alimenta uxori relicta praestanda sunt in domo habitationis ipsius testatoris.

Alimenta aut interesse debitum loco dotis sibi constitutae gener non praesumitur donasse socero, si intra modicum temporis et sic intra decennium non petierit.

Alimentorum assignatio, et impensarum nullum facit praejudicium causae et judicio principali.

Alius.

Aliis quae feceris, tibi facienda sunt. l. 59. D. 26, 7.

Allodialis.

Allodialis et liberis, non feudalis in dubio res est.

Altare.

Altari serviens de altari vivere debet.

Altercatoria.

Altercatoria verba non arguunt legati revocationem.

Alternativa.

In obligatione alternativa pactum de altero non petendo totam elidit obligationem. l. 27. §. 6. D. 2, 14.

Amatorium.

Amatorium poculum dans punitur. l. 38. §. 5. D. 48, 19.

Ambiguum.

In ambiguis humanior sententia est sequenda.

Ambire.

Ambiens et affectans honores et dignitates, habet contra se praesumptionem.

Amicitia.

Amicitia magna aequiparatur cognationi.

Amicitia coniunctus si vulneravit amicum, non praesumitur animo occidendi vulnerasse.

Amovere.

Amovere non videtur qui non callido animo nec maligno rem reposuit. l. 71. §. 8. D. 29, 2.

Annus.

Quod quis aliquo anno dare promittit aut dare damnatur, ei potestas est, quolibet ejus anni die dandi. Pomponius l. 50. D. 45, 1.

Anima.

Anima caeteris omnibus est praeferenda.

Animam esse mortalem contendens haereticus censetur: idem si affirmat, non reperiri Paradisum, Purgatorium vel infernum.

Animus.

Declaratur animus plus factis quam verbis.

Animi mutatio non praesumitur.

Annulus.

Annuli traditio signum est aequivocum.

Annuli traditio regulatur secundum expressa verba et actum praecedentem.

Antecedere.

Antecedens vult, qui vult consequens. l. 77. D. 29, 2.

Antichresis.

Contrahitur antichresis, cum debitor, accepta sub usuris pecunia, fundum creditori fruendum dat pro interusurio pecuniae. Non debet creditor ampliores fructus percipere, quam quanti conveniat cum legitimis pecuniae usuris, alioquin usurae vitium contractum corrumperet. Aliter si proventus sunt incerti. l. 14, 17. C. 4, 32.

Apex.

Apices juris non curandi. l. 29. D. 17, 1.

Appellatio.

Non solent audiri appellantes, nisi hi, quorum interest.

Appellanti nihil obesse, quod in libellis, a qua parte sententiae appellaret, non significavit.

Ulpianus.

Non solere improbari appellationem eorum, qui vel unam causam appellandi probabilem habuerunt. Idem.

Ubi duplex fertur sententia, ibi duplex appellatio est necessaria. Bartholus.

In appellationen on recepta, nihil debet innovari.

Postquam res integra esse desiit, nulla causa

est, propter quam audiri debeat appellans ab ea sententia, cujus executioni consensit, tametsi certet de damno vitando, ne injuria afficiatur is, qui rei judicatae auctoritatem secutus est. Glossa in l. ad solutionem de re judicata. In communi causa quotiens alter appellat, alter non, alterius victoria ei proficit, qui non provocavit. l. 10. §. ult.

Pendente appellatione morte rei crimen extinguitur. l. 1. in pr. D. si pendente appellatione.

Appellatio in dubio non praesumitur deserta.

Appellatio intra decem dies interposita praesumitur.

Appellatio ab interlocutoria pro forma requirit gravaminis expressionem.

Appellationis beneficium minori per compromissum aufertur.

Appellationis termino pendente, pro sententia est praesumptio.

Appellationis judex condemnando in expensis, praesumitur etiam de expensis primae instantiae.

Appellare non est necesse, quando judicatur contra sacras constitutiones. l. 1. §. 2. O. 49, 8.

Appellandum non est, si sententia non tenet ipso jure. l. 1. §. 1. D. 2, 12.

Appellans nondum damnatus videtur. l. 2. §. 2. D. 48, 19.

Approbare.

Approbat qui non improbat. l. unica. D. 47, 5.

Approbari ab omnibus debet, quod omnes tangit. l. 11. D. 8, 3.

Approbatum semel reprobari non potest. l. 9. D. 3, 5.

Aqua.

Aqua ubi venumdari solet, inest legato alimentorum. l. 1. D. 34, 1.

Aquae usus personalis est. l. 21. D. 7, 9.

Aquam de suo quis non potest in alienum mittere. l. 13. D. 8, 5.

Non possum concedere aquam ex meo, quam ex alieno habeo. l. 24. D. 8. 3.

Aratrum.

Aratrum evertendis urbibus olim ducebatur. l. 13. D. 7, 4.

Arbiter, Arbitrium, Arbitrator.

Arbiter detrahere potest et adjicere in suam sententiam, non prout lex et jus scriptum suadet, sed prout humanitas et misericordia impellit.

Si plures sunt, qui arbitrum receperunt, nemo unus cogendus erit, sententiam dicere sed aut omnes aut nullus. l. 17. §. 2. D. 4, 8.

Arbitrium patris summum judicium esto.

Ab initio nemo cogitur arbitrium suscipere, sed post susceptum cogitur explicare.

Bartholus.

Arbiter est, qui inter partes judicis assumit officium, non qui amicabiliter componit. Idem.

Sententia arbitri incerta nulla est. Idem.

Arbiter poenam infligere non potest. Idem.

Non potest arbiter inter alios judicando, alterius jus mutare. l. 31. D. usu legato.

Minor non potest esse arbiter. Idem.

Bona fides exigit, ut arbitrium tale praestetur, quale viro bono convenerit, l. 24. D. 9, 2.

Arbiter et arbitrator ex compromisso electus. praesumitur pronunciasse, ut arbiter, ad hoc, ut laudum sit magis efficax.

Arbiter et arbitrator, si qui ex compromisso sit electus ad diffiniendam controversiam, si processerit ordine non servato, et laudum ferat, praesumitur pronunciasse tanquam arbitrator, ne laudum sit nullum.

Arbitrarium non est, quod a lege expresse sancitum est.

Arbiter de jure procedere tenetur.

Arbiter sententiam condemnatoriam non expressa quantitate ferre non potest, nec ex post facto sententiam emendare.

Arbitri sententia potentior est et citius sortitur effectum quam arbitratoris.

Arbitri sententia non infamat. l. 13. §. 5. D. 3, 2.

Arbitrum recipientem compromissi instrumentum, nulla facta contradictione, praesumi onus cognoscendi et laudum proferendi acceptasse.

Arbitro excedente fines compromissi, laudi cessat praesumptio.

Arbitris electis partium consensu, eorum personae censentur approbatae, nec ipsis quid objici potest, nisi adsit contraria conjectura.

Arbitria ad instar judiciorum redacta sunt.

Arbitrator solum partium concordiam spectat et potest dare alteri, de jure alterius.

Cum arbitrator ob temporis brevitatem de rei veritate cognoscere non possit, cessat rectitudinis et justitiae praesumptio.

Arbitratores pronunciant secundum aequitatem.

Arbor.

Fuit et arborum cura legibus priscis.

Argentum.

Argenti escarii appellatione non veniunt cacabi argentei, milliarium argenteum, vel sartago.

Argenti nomine in legato non venit applumbatura, qua argenti massae simul conjunguntur.

Argumentum.

Argumentum a contractibus ad ultimas voluntates jure recipitur.

Argumentum a matrimonio carnali ad spirituale jure recipitur et contra.

Argumentum de toto ad partem permissum est.

Argumenta omnia, quae a sensibus ducuntur, signa vocantur; quae vero ab intellectu dicuntur verosimilia.

Arma.

Arma postliminis non revertuntur, quod turpiter amittuntur. l. 2. §. 2. D. 49, 15.

Armis arma repellere licet. l. 3. D. 1, 2. — l. 1. §. 27. D. 48, 16. — l. 3. D. 48, 16.

Arrogatio.

Arrogator de bonis arrogati restituendis satisdare debet.

Arrogatus filius non patri arrogatori, sed sibi acquirit.

Arrogatio fit auctoritate principis.

Ars.

Ars imitatur naturam,

Arx.

Arcis custos non debet restituere arcem ei, qui venit cum sigillo domini.

Assertio.

Asserenti aliquid in articulo mortis ad detrimentum alterius non adhibetur fides.

Asserens aliquam haeresim, cujus contrariam veritatem catholicam prius docuerat, haereticus pertinax praesumitur.

Assertio dubia, quae potest significare haeresim et Catholicam fidem, in dubio catholica praesumitur.

Assessor.

Assessoris officio nemo in urbe natali fungi, nec jurisdictionem exercere debet.

Auctor.

Non debeo melioris conditionis esse, quam auctor meus, a quo jus in me transit. Nemo plus commodi haeredi suo relinquit quam ipse habuit.

Tempus negligentiae auctoris conjungitur cum negligentia successoris. Bartholus.

Nemo plus juris in alium transferre potest, quam ipse habet.

Auctoritas.

Auctoritas quae debet interponi a marito, debet formaliter inscribi in contractu per verbum auctoriso.

Auctoritas adhibita post actum censetur in ipso actu adhibita. Tiraquellus.

Prior auctoritas imperantis quam utilitas servientis.

Auctoritas judiciaria praesumi facit pro sententia judicis, alioquin indiscreti et improbi.

Autorizari sibi tutor potest, ubi de pupilli commodo agitur.

Aufugere.

Aufugiens a fundo ante vim illatam non dicitur vi pulsus. l. 9. §. D. 4, 2.

Aurum.

Quod si legavit omne aurum et argentum suum, praesumitur legasse aurum et argentum, tam factum, quam infectum, id est tam vasa, quam massum ibid.

Extende hoc etiam ad gemmas hujusmodi auro et argento inclusas.

Legato autem auri vel argenti certo pondere, pro haeredis commodo permissum est, ut possit pecuniam, ejusdem tamen aestimationis haeres praestare.

Auro vel argento facto legato censentur legata omnia vasa auri et argenti.

Et etiam vasa, quae coepta sunt fabricari, etiam si nondum sint perfecta.

Venit etiam materia auro argentove infecta.

Nec non pediculi argentei.

Vasa autem fracta collisa non veniunt nomine argenti facti.

Nec veniunt Scaphia.

Auxilium.

Quae emergunt de novo, novo indigent auxilio. l. 11. §. 8. D. 11, 1.

Ubi majus periculum, ibi magis necessarium fuit auxilium.

Dominorum interest, ne auxilium contra se vitiam vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur his, qui juste deprecantur. l. 2. D. de his qui sui.

Avunculus.

Avunculus nemo fit per adoptionem. l. 12. §. 4. D. 23, 2.

Avus.

Avus tenetur dotare neptem et proneptem, quae aliunde dotari non possunt.

Avus nepti nondum natae relinquens dotem in testamento, filii contemplatione praesumitur reliquisse.

Avus dotando neptem patre extante paupere, profectitiam dotem praesumitur constituere.

Avus instituendo filium et dotando neptem sola neptis contemplatione dotem relinquere praesumitur.

B.

Bannitus.

Bannitus efficitur hostis illius civitatis, e qua est bannitus, et patriae odiosus.

Bannitus, quando fuit gratia et liberalitate Principis restitutus, si bona sunt adhuc apud ip-

sum principem. praesumitur etiam restitutus quo ad ea.

Bannitus restitutus in pleniori forma censetur etiam restitutus quoad bona in alium alienata et quovis titulo translata.

Bannitum, ad honores et dignitates assumens princeps, eo ipso dispensare praesumitur.

Bannitum offendens, cujus bannum invalidum est, ob ignorantiam non excusatur.

Bannitus non potest institui haeres ex forma statuti loci, de quo est bannitus, quia privatus est beneficiis, statuto concessis.

Praesumitur etiam privatus facultate succedendi ab intestato et privatus commodis et beneficiis jure communi concessis, quando banniens privavit ipsum omni actu legitimo.

Idem quando quis fuit bannitus in aere et persona.

Habetur bannitus pro forensi, et non pro subdito.

Baptizatus.

Baptizatus nemo praesumitur in dubio.

Bellum.

Bellum in dubio praesumitur injustum.

Bellum non est suscipiendum odio vel livore vindictae sed zelo justitiae.

Benefacere.

Benefacere nemo cogitur invitus.

Beneficium.

Beneficium legis non debet esse captiosum.
Beneficium restitutionis transit ad haeredes.

Bartholus.

Invito beneficium non datur. Paulus.

Ita natura comparatum est, ut antiquiora beneficia subvertantur, nisi illa posterioribus cumules, nam si quid neges, id solum meminerint, quod negatum est. Plinius Jun.

Beneficium imperatoris, quod a divina scilicet indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debemus. l. 3. D. 1, 4.

Quod ab initio beneficium fuit, usu et aetate fit debitum. Symmachus.

Ut beneficium insequenti injuria rescinditur, ita injuria insequenti reconciliatione, extinguitur.

Seneca.

Beneficium principes nemini debet esse damnosum. Molinaeus.

Beneficium (Feudum) propter officium.

Beneficium resignans, si ad sui commodum pactum adjicit, praesumitur simoniace id fecisse et sic dicitur confidentia simoniaca et illicita.

Beneficio alteri competenti nemo, ipso invito, uti potest.

Beneficia principum non comprehendunt ea, quae requirunt mentionem specificam.

Beneficia principum stricte interpretantur, quando tertius laeditur.

Benemerita.

Benemerita, ob quae alicui donatur vel relinquitur, non praesumuntur, cum sint quid facti.

Benemerita filii erga patrem nulla posse considerari, quae mercede digna sint.

Benignitas.

(Audi legem humanissimam). Perspiciendum est judicanti, ne quid aut durius, aut remissius constituatur quam causa poposcit. Nec enim aut severitatis, aut clementiae gloria est affectanda, sed perpenso judicio, prout quaeque res expostulat, statuendum est. Plane in levioribus causis proniores ad lenitatem jndices esse debent, in gravioribus poenis, severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi.

Marcianus.

Rapienda est occasio, quae praebet benignius responsum. Paulus.

Benignius leges interpretandae sunt, quo voluntas earum servetur.

Nulla juris ratio aut aequitatis benignitas patitur, ut, quae salubriter pro utilitate hominum introducta sunt, ea nos duriore interpratatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem.

Bis.

Bis idem qui prommittit, amplius quam semel non tenetur. l- 18. D. 45, 1.

Blasphemans.

Blasphemans assidue dicitur suspectus de haeresi.

Bona.

Quod divini juris est, id in nullius bonis est. l. 1. D. 1, 8.

Bona non censentur nisi deducto aere alieno.

Proprie bona dici non possunt, quae plus incommodi quam commodi habent.

Ex eo bona dicuntur, quod beant: beare, est prodesse.

Bona pupillaria non licet tutoribus in proprios usus convertere.

Bona quidem inchoare necesse non est, sed vetera explicare.

Qui cadit a syllaba, cadit a toto. — Bonum ex integra causa, malum ex minimo defectu.

Ea, quae communiter omnibus prosunt, iis quae specialiter quibusdam utilia sunt, praeponimus.

Bona, quae non possunt alienari, nec etiam fisco publicari possint.

Bona, quae sunt in domo custodiae causa, perinde sunt, ac ibi non essent.

Bonorum dotalium dominium dicitur remanere penes mulierem, non autem ad maritum transire.

Bona ecclesiae possunt alienari pro redimendis captivis.

Bona, iam a testatore donata restitui debent fideicommissario, quando testatorem poenituit donationis iam factae.

Bona feudalia non nisi in subsidium alienari possunt causa dotis constituendae.

Bona primogeniturae possunt alienari pro constitutione dotis filiae etiamsi ipsa filia constitutioni primogeniturae consensisset.

Bona fideicommisso supposita non dicuntur esse possidentis sed aliena, cum sint alteri restituenda.

Bona supposita fideicommisso regulariter alienari nequeunt,

Bona subiecta fideicommisso, si semel sunt alienata, perpetuo sunt alienabilia.

Bona haereditaria, si quis possedit per decennium, praesumitur adivisse haereditatem, ne occupator et malae fidei possessor videatur.

Bonorum mobilium et immobilium appellatione, non continentur jura, et actiones, quia sunt incorporalia.

Bona soceri intelliguntur tacite hypothecata pro dote a nuru recepta.

Bona in familia et agnatione conservari aequitati convenit.

Bona in fraudem fisci alienans non potest revocare.

Bona filii habitantis cum patre et negotia illius administrantis, profectitia praesumuntur.

Bona filii, habitantis seorsum a patre, adventitia praesumuntur et ex ejus industria acquisita.

Bona mobilia minoris, quae servari nequeunt, sine Praetoris decreto, et aliis solemnitatibus alienantur.

Bona relicta mulieri dotis nomine, ea nubente, viro in dotem data praesumuntur.

Bona marito tradita post iam constitutam dotem, dotalia quoque censeri, si id verbis vel signis apparet.

Bona dividentes, omneque jus sibi competens et competiturum remittentes, praesumuntur quoque fideicommissum remisisse.

Bona dividentes cum clausula, ad habendum tenendum, et quidquid voluerint placueritve faciendum, praesumi fideicommissum remisisse.

Bonis ecclesiae pretio numerato venditis, si emptor ad eorum consecutionem agit, pretium in Ecclesiae utilitatem conversum esse, probare debet.

Praelato autem agenti ad eorum recuperationem, probatio incumbit.

Bonorum ecclesiae natura est, ut alienari nequeant.

Bonorum ecclesiae alienationem pro evidenti utilitate et necessitate factam esse, enunciatio praesumptionem non facit sed necessaria est probatio.

Bonorum omnium divisione facta a testatore, cohaeres cohaeredi de evictione non tenetur.

Bonorum possessionem pupillo decernens Praetor, etiam sine tutore, possessorem eum facit.

Bonitas.

Bonitas natura homini inest.

Boni mores.

Bonum semper e bono praesumitur, sicuti malum e malo.

Bonos mores corrumpere praesumitur, qui cum malis conversatur.

Bos.

Boves non continentur jumentis legatis. l. 65. §. 5. D. 32, 1.

Quod licet Jovi, non licet bovi.

Brocardicum.

Brocardicum est, de quo certa tradi non potest regula.

C.

Cadaver.

Cadaver emittens sanguinem, adducto accusato, torturae praebet indicium.

Cadere.

Facilius cadimus quam resurgimus.

Caducitas.

Caducitatem non remisisse censetur dominus, pensionem praeteritam cum protestatione recipiens.

Caecus.

Caecus judicandi officio fungitur. l. 6. D. 5. 1.

Caecus si caeco ducatum praestet, ambo in faveam cadunt.

Caesar.

Salutem reipublicae tueri, nulli magis credidit (Caesar) convenire, nec alium sufficere ei rei quam Caesarem. Paulus l. 3. D. 1, 15.

Calliditas.

Infirmitati, non calliditati consultum est. l. 5. C. 4, 29.

Calumnia.

De calumnia jurare debet, qui petit, editionem sibi fieri. l. 6. §. D. 2, 13.

De calumnia jurare debet, juramentum deferens.

Calumnia non multum differt a falsi crimine.

Calumnia cessare praesumitur in causis privatorum, quando cessat in causis fisci.

Calumniare audacter, semper aliquid haeret.

Calumniator.

Calumniator semel, in futurum calumniari praesumitur.

Inspecta calumniatoris qualitate, injuriarum gravitate, pondere et atrocitate, aliisque circumstantiis poena est infligenda.

Camum.

Camum non venit appellatione vini.

Canon.

Canonem solvens tanquam emphyteuta, talis praesumitur, ut in posterum a domino directo ad praestationem cogi possit.

Canonicus.

Canonicus is praesumitur, qui diu in stallo et choro cum aliis est.

Capacitas.

Quotiescumque de capacitate aut habilitate personarum quaeritur, domicilii leges et statuta spectantur.

Capitis minutio.

Nemo delictis exuitur, quamvis capite minutus sit. Ulpianus l. 2. D. 4, 5.

Injuriarum et actionum et delicto venientium

obligationes, cum capite ambulant. Paulus l. 7. §. 1. D. l. c.

Civilis ratio naturalia jura corrumpere non potest. Cajus l. 8. D. l. c.

Capitulum.

Capitulum et canonici idem sunt.

Captura, Capere.

Propter necessitatem et morae periculum licitum est privato, capere debitorem fugientem, vel fugam adornantem etiam die feriato, et valet captura a quocumque facta, et sufficit eam ex probationibus postea factis justificare. Molinaeus.

Ea quae ex hostibus capimus, jure gentium statim nostra sunt. Instit II. 1. §. 17.

Carcer.

Carcer est quoddam genus servitutis, nec minus injuriam aufert qui alterum in carcerem trudit quam qui interimit. Tiraquellus.

Carcer ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet. Ulpianus l. 8. §. 9. D. 48, 19.

Carceratus, si aufugit, probandus est casus fortuitus a custodia carceris; lex enim praesumit, ipsum ejus negligentia aufugisse.

De carcere qui semel aufugit, amplius collocari non debet, etiam dato fideiussore.

Carceratur.

Carceratus pro delicto, si fugiat, habetur pro confesso. l. 13. D. 48, 4. — l. 13. §. 5. D. 49, 16.

Caro.

Carnem suam nemo praesumitur odio prosequi.

Castigatio.

Levis duntaxat castigatio concessa est docenti. Ulpianus l. 5. §. 3. D. 9, 2.

Vivos castigare decet, non mortuos.

Malum est viris defunctis conviciari.

Temerarium est umbram hominis mortui affligere.

Castitas.

Castitas in femina est laudabilior quam in masculo et in ea vitium carnis est detestabilius.

Caste quae vixit, praesumitur esse et futura casta.

Castrum.

Castrum in dubio liberum et allodiale praesumitur.

Castrum in limitibus imperii, sine principis licentia aedificari vetitum est.

Castrum vendens privatus jurisdictionem, personae cohaerentem, non praesumitur vendidisse.

Castrum ejus praesumitur cujus est regnum.

Castrum vel turrim contra quamcunque personam accommodare promittens, non praesumitur contra seipsum promisisse.

Castri vel oppidi custos, impendens aliquid ob perpetuam utilitatem loci, non donandi, sed repetendi animo facere praesumitur.

Castri, oppidi aut civitatis dominus, non praesumitur rerum particularium dominus, si ab aliis possidentur et de eorum dominio constat.

Intra fines castri repertum, praesumitur jure dominii ad dominum castri spectare.

Castri concessio et recognitio generalis nullam facit praesumptionem adversus tertium.

Casus.

Per pactum potest quis se adstringere ad casum fortuitum. l. 39. D. 17, 1.

Casu, quo quid extingui debet, ab eo incipere non potest. l. 5. D. 33, 2.

Distingue casus, et conciliabis jura.

Ex his quae forte uno aliquo casu accidere possunt, jura non constituuntur. Celsus.

Casus contingens non praesumitur.

Casum fortuitum in se recipiens intelligitur promisisse: dummodo non eveniat culpa ejus, cui facta est promissio.

Casus omnes cum a lege comprehendi minime potuerint, de similibus ad similia procedimus.

Catoniana regula.

Catoniana regula sic definit quod, si testamenti

facti tempore decessisset testator, inutile foret, id legatum, quandocumque decesserit, non valere. l. 1. D. 34, 7.

Caupo.

Caupones et nautae tenentur pro delictis servorum et famulorum suorum.

Causa.

Causa turpis si est dantis et accipientis, cessat repetitio. l. 5. D. 12. 7.

Causam qui habuit a me, non potest quaestionem dominii mihi referre.

Causam habentes ab eodem si duo contendunt, praefertur ille, qui prior est in possessione, licet alter sit prior in titulo.

Causa animae caeteris est praeferenda.

Causa famae aequiparatur causae vitae.

Causa finalis dicitur regere omnem dispositionem; est substantia ipsius dispositionis; appellatur forma actus et fons causarum et dicitur primum principium intentionis.

Causa impulsiva non dicitur proprie causa, sed motivum quoddam ad disponendum.

Causa limitata limitatum parit effectum.

Causa est, quae significat, an aliquid actum sit vel non.

Causa tam ad defendendum quam ad accusandum consideratur.

Causa praesumitur, ubi effectus apparet.

Causa et qualitas negativa affirmativa est potentior.

Causa justa excusat a poena legali, non conventionali.

Causa naturalis in concursu cum accidentali praevalet.

Causa et qualitas potentior praevalet.

Causa potentior est, quae actum facit valere.

Causa specialis generali est potentior.

Causa civilis ardua, criminali aequiparatur, ob praejudicii gravitatem.

Causam ante omnia considerant jurisconsulti et interdum ipsi facto praeponunt.

Causae piae in dubio favendum.

Causa testati regulatur in dubio a causa intestati.

Causis duabus concurrentibus, quarum una nocet, altera prodest, illa quae nocet, praevalet.

Causatum sequitur naturam suae causae.

Cessante causa, cessat effectus; secus si effectus est jam consummatus aut in jure jam quaesito.

Cessante causa privilegii, cessare debet privilegium.

Duae causae lucrativae non possunt concurrere in eandem personam circa eandem rem.

Major quaestio minorem causam ad se trahit.
Paulus.

Cum nulla causa subest propter conventionem, hic constat non posse constitui obligationem.

Nihil prohibet ex pluribus causis eandem obli-

gationem coalescere, quarum una deficiente altera salva maneat. Quamdiu autem aliqua vel minima causa subest, tamdiu sustinetur obligatio; semper enim interpretatio fieri debet potius ut valeat quam ut intercidat.

Cautela.

Cautela abundans non nocet.

Cautio.

Plus cautionis est in re quam in persona.

Si debitori meo reddiderim cautionem, videtur inter nos convenisse ne peterem.

Fidejussores ab eo non petendi, cujus fidem sequi defunctus maluit. Papin. l. 26. §. 1. D. 36, 2.

Quotiens vitiose cautum est, non videtur cautum. l. 6. D. 2, 8.

Fiscus non solet satis dare. Ulpianus l. 1. §. 18. D. 36, 3.

Propter incertum cautio interponi solet. Ulpianus l. 1. §. 11. D. 37, 6.

Censura.

Ex veteribus hoc praeceptum recte elicuimus, non esse permissam judicantibus de conditis legibus censuram.

Census.

Census et emphytensis non se compatiuntur.

Census in dubio, ubi de alio titulo non con-

stat, emptione praesumitur acquisitus, quando unicum pretium fuit numeratum, vel promissum.

Census nomine, per multos annos quid solvens, in futurum compelli potest, atque idem in livellario.

Praestatione census, qui principi debetur, nullo temporis cursu quis liberatur.

Censum de re nostra, pensionem emphyteuticam pro re aliena solvimus.

Censualis potius quam emphyteuticus contractus in dubio praesumitur.

Censualis contractus, dominii tam directi quam utilis transactionem requirit.

Censuarius domino inconsulto alienans, non cadit jure suo.

Cerevisia.

Cerevisia non continetur appellatione vini, cum conficiatur ex hordeo et aliis rebus calidis.

Certamen.

Ubi pro virtute certamen non fit, sponsionem facere non licet.

Certum.

Certum est tenendum, incertum dimittendum.

Cessio.

Si solutio simpliciter facta sit, cessio juris debet fieri in continenti.

Cedens actiones, cessionarium in suum locum reponere dicitur, et dominium transferre.

Cedentis confessio cessionario non nocet.

Cessio actionis modico facta pretio, praesumitur simulata et solum pro numerata quantitate conceditur cessionario.

Cessio circa translationem actionum idem operatur quod traditio circa translationem dominii.

Charitas.

Charitas ordinata incipit a se et suis.

Chartae.

Chartis legatis, veniunt libri, quando testator nil praeter libros habebat.

Christianus.

Christianus fidei et religionis erga Deum opt. max. memor esse debet, quia sine fide ei placere non possumus.

Praesumitur igitur Christianus religionis et fidei christianae cultor et observator.

Chirographum.

Chirographum, quo me debere tibi professus sum, si penes te cancellatum reperiatur, oritur praesumptio juris, me tibi satis fecisse.

Chirographi appellatione non solum tabulas, sed etiam jus quod illis probatur, contineri.

Chirographi restitutio conjecturam facit factae liberationis.

Cibus.

Cibi nomen comprehendit panes, carnem, et reliqua edulia pro qualitate et conditione personae; differunt enim cibi nobilium a cibis rusticorum.

Citatio.

Quamvis citatio die feriato fieri non debeat, haec regula fallit, quoties res urget, aut actionis dies exiturus, ideo ut res esset peritura, quando dilatio periculosa est.

Libellum emendare licet usque ad sententiam.

Citatio facta ad locum inhonestum non arctat citatum. Bartholus.

Magna omnino ratione repertum est, quocum rem habeas ad dicendam causam, in jus evocari, nec ante respondere cogi quam admonitus sit qui convenitur, et tempore ad comparandas defensiones dato. Alioqui futurum est, ut rei immeditati repentino agentium incursu opprimantur.

Argentraeus.

Procuratore semel in judicio comparente, in reliquum citari ipse potest, cum litem susceperit, et ut loquuntur, dominus litis factus sit. Idem.

Citari potest maritus in aedibus, quibus habitat ejus uxor.

Citato comparente et nil opponente, citatio commissione judicis facta praesumitur.

Citatio est fundamentum defensionis.

Citatio ad partis petitionem facta praesumitur.

Citatio realis sive prehensio et carceratio, quia magnam rei cognitionem requirit, non praesumit mandatum judicis.

Citatione sola contrahitur vitium litigiosi jure pontificio.

Citationem ad sui notitiam non pervenisse, juranti creditur.

Cives. Civitas.

Civitas, populus, universitas, semper eadem est.

Civitas una alteri non praesumitur subdita.

Civem se asserens in contratu is cum eo, ut cive, praesumitur initus.

Cives in rebus publicis administrandis sunt ante omnes deligendi qui ea in urbe nati sunt et praeferendi etiam novo incolae magis idoneo.

Cives nostros ab exteris et barbaris esse redimendos publicae utilitatis interest.

Civis, filios habens, praesumitur magis diligere civitatem, quam is, qui caret filiis, et praefertur decurionibus non habentibus filios.

Civitas proprie dicitur, quae muris cingitur.

Cives origo, incolas domicilium facit. l. 7. C. 10, 40.

Nemo duarum civitatum civis esse potest.

Jus mutandae civitatis ex voluntate pendet.

Urbes ex conjunctis domiciliis constant, civitates ex conventiculis hominum. Cicero.

Quemadmodum libertas et civitas non datur ad tempus, ita non adimitur. Cujacius.

Clarum.

In claris non est opus coniecturis.

Clausula.

Clausulae accessoriae non extendunt principalem dispositionem.

Clausula codicillaris subintelligi debet in testamento ad pias causas.

Clausulae codicillares solent scribi in testamentis ex stilo et consuetudine notariorum.

Clausula, rebus sic stantibus, non habet locum in actu duorum voluntate firmato.

Clausula, si non valet jure testamenti, valeat jure codicillorum: arguit, testatorem voluisse testari.

Clausula praecedens fortior est, ut determinet sequentia, quam e converso.

Clausula „motus proprii", tollit vitium subreptionis.

Clausula, doli mali, ex ipsa legis dispositione inest.

Clausulam de stilo potius et usu notarii quam partium consensu adiecta nil operatur.

Clausulae insolitae in contractu eundem arguunt usurarium.

Clericus.

Clericus clericum non decimat.

Clericus prohibetur in domo habere mulieres extraneas.

Clerici et alii religiosi, qui a sua ecclesia ad aliam transire conantur, ambitione et avaritia id facere praesumuntur.

Clericus si venatum ivit, praesumendum est quod non dolo et ut legis contemptor sed recreationis gratia iverit.

Clericus confessus, se mutuo accepisse pecuniam, non potest adversus suam confessionem opponere aliquam exceptionem de jure canonico.

Clerici quoad bona eorum patrimonialia non differunt a laicis.

Clerus amplectens mulierem praesumitur velle benedicere.

Clerici et sacerdotes omnino a mulierum conversatione abstinere debent, multi enim sunt inventi, qui diabolica suggestione incestus et stupra commiserunt.

Clericus pro sua ecclesia advocare tenetur, non tamen contra seipsum.

Clericus fidejubere pro alio nequit, valet tamen fidejussio et obligatio tenet, si non fuerit oppositum.

Clerici assertioni de benemeritis concubinae non adhibetur fides.

Coactio.

Nemo potest praecise cogi ad factum.

Codicillus.

Codicilli late dicuntur testamentum.

Codicillis hereditas neque dari, neque adimi potest. l. 76. D. 36, 1.

Cogitatio.

Cogito ergo sum.

Cogitationis poenam nemo patitur. l. 18. D. 48, 19.

Non arbitror quemquam dicere quod non sentit, nemo existimandus est dixisse quod in mente non agitavit. Celsus.

Scriptum, in qua nulla subscriptio, nullam facit fidem, nec majoris est momenti quam mera cogitatio, quae nullam poenam meretur apud homines.

Coheres.

Cum coherede non contrahimus sed incidimus in eum. l. 25. §. 16. D. 10, 2.

Cohaeredes non sunt, qui eodem tempore non concurrunt ad haereditatem.

Coheres veniens ad partem cohaeredis repudiatam, dicitur venire ex quasi substitutione.

Collatio.

Praematura est spes collationis, cum adhuc vivit is, cujus de bonis quarta debetur. l. 1. §. 21. D. 37, 6.

Colonus.

Inscio domino, per colonum praejudicium possessioni imponi non potest.

Intelligitur dominus, cum patitur colonum in fundo esse, ex integro locare, et hujus modi contractus neque verba, neque scripturam desiderant.

Colonus dominum nominando ab instantia et lite absolutus est, colonus enim non sibi sed domino possidet.

Colonus partiarius is est, qui agrum ea lege suscipit, ut pro cultura fructuum dimidia pars vel alia ei cedatur.

Colonus simplex nunquam amittit melioramenta.

Comes.

Comites absentium aeque excusantur atque absentes. l. 41. §. 2. D. 27, 2.

Comitatus.

Comitatus liber et allodialis, non feudalis praesumitur.

Commodare.

Commodari non potest quod usu consumitur, nisi ad ostentationem vel ad pompam. l. 3. §. 6. D. 13, 6.

Commodatarius.

Commodatarius equi non tenetur, si ab alio laesus est sine culpa sua. l. 57. D. 9, 3.

Commodatum.

Re commodata uti non possumus.

Proprie dicitur res non reddita, quae deterior redditur. Ulpianus l. 3. §. 1. D. 13, 6.

Adjuvari nos, non decipi beneficio oportet. Paulus l. 17. §. 3. D. 13, 6.

Nemo commodando rem facit ejus qui commodat. Ulpianus.

Commodum.

Propter privatorum commodum non debet communi utilitati praejudicari. Paulus.

Quem sequntur commoda, sequi debent et incommoda.

Secundum commoda quae quisque sentit, ita onus subire tenetur.

Proprie bona dici non possunt quae plus incommodi quam commodi habent. Javolenus.

Par debet esse ratio commodi et incommodi.

Communicatio.

Reus potest exigere ab actore, ut edat sibi instrumenta, si ea scilicet in sua potestate habeat, quibus contendit, se posse causam suam instruere, vel exceptionem probare. Attamen nemo contra se edere tenetur.

Commune. Communio.

Commune tollitur difficilius quam speciale. l. 34. §. 1. D. 29, 2.

Naturale vitium est, negligi quod communiter possidetur, utque se nihil habere qui non totum habeat arbitretur: denique suam quoque partem corrumpi patiatur, cum invidet alienae. l. 2. cod X. 35.

In communione rerum est quasi contractus continuus, et singulis quodam modo momentis actio nasci videtur.

In re communi nemo dominorum jure facere quidquam invito altero potest. l. 28. D. 10, 3.

In communione vel societate nemo compellitur invitus detineri. l. 5. cod. 3, 37.

Nemo invitus compellitur ad communionem. l. 26. §. 4. D. 12, 6.

In his quae sunt communia, quod fit a majori parte, aliis praejudiciat favore liberationis.

Cum publicum (aut commune) solum dicitur, non est ferendum claudere. Argentraeus.

Acquisita constante matrimonio statim communia fiunt utriusque conjugis, licet ipse solus inhaeredatus sit. Stockmannus.

Compensatio.

Compensatio dicitur impropria solutio.

Compensatio facta a lege, etiam contra debitum juratum admittitur in dispositione legis, non hominis.

Compensatio est crediti et debiti sibi invicem contributio.

Paria delicta mutua compensatione tolluntur. l. 39. D. 24, 3.

Ex aequitate extendi potest compensatio ad ea, quae facile et intra breve tempus possunt liquidari.

In causa depositi compensationi locus non est. Paulus.

Compensatio debiti ex pari specie, licet ex causa dispari, admittitur. Idem.

Quod in diem debetur, non compensabitur, antequam dies venerit, quamquam dari oporteat. (Non debet hic et nunc qui debet in diem).

Quaecumque per exceptionem perimi possunt, in compensationem non veniunt.

Negligentiae ad negligentiam admittitur compensatio. Accursus.

Debitum ex causa victuali non compensatur. Idem.

Placuit inter omnes, id quod debetur, ipso jure compensari. l. 31. D. 16, 2.

Ut compensationi locus sit, requiritur ut ex utraque parte omnia paria sint non quantitate, sed qualitate, et ut omnia aequaliter certa et liquida.

Compos.

Compos mentis qui in sermonibus videtur, sed in factis impos, prodigus est. l. 12. §. 2. D. 26, 5.

Compromissio.

Si haeredis mentio facta non fuerit, morte solvitur compromissio. l. 27. §. 1. D. 4, 8.

Compromittere de rebus haereditariis est actus, qui geri non potest citra jus et nomen haeredis et sic infert aditionem.

Compromittendo minor praesumitur laesus.

Compromisso coram principe eoque auctore facto minor non praesumitur laesus.

Compromittens in adversarium censetur compromisisse tanquam in arbitratorem.

Compromissum quando cum laudo lato repugnat dicitur ex eo facta novatio.

Conatus.

Quid efficit conatus, cum injuria nullum habuerit effectum? l. 1 in f. D. 2, 2.

Concedo. Concessio.

Concedo verbum, dominium transfert, et donationem significat in dubio.

Concessum uno casu, in reliquis censetur prohibitum.

Concessum ad tempus, post tempus censetur prohibitum.

Concessionis factae a principe verba latissime interpretanda sunt.

Conclusio.

Conclusionem a partibus factam, justa etiam subsistente causa, judex revocare non potest.

Conclusiones in causis factas revocare judicibus cum causa permissum est.

Concors.

Concordes si sunt partes, judex debet sequi earum voluntatem. l. 26. D. 42, 1.

Concubitus.

Concubitus in dubio sponsalia subsecutus esse, non praecessisse praesumitur.

Concubina.

Concubina ex bonis viri praesumitur acquisivisse.

Concubinatus.

Concubinatus jure civili est permissus. l. 41. D. 23, 2.

Condemnatio.

Si diversis summis condemnent judices, minimam spectandam esse Julianus scribit.

Divi Severi et Antonini magni rescriptum est, ne quis absens puniatur. Et hoc jure utimur, ne absentes damnentur; neque enim inaudita causa quemquam damnari aequitatis ratio patitur.

Marcianus.

Sciant, victum in causa expensarum victori esse condemnandum. l. 13. §. 6. D. 3, 1.

Incompetens condemnatio pro non existente habetur. Gothofredus.

Condictio.

Datum ex injusta causa repetitur.

Ex quibus causis retentionem quidem habemus, petitionem autem non habemus, ea, si solverimus, repetere non possumus. Pomponius l. 51. D. 12, 6.

Qui solvit nunquam ita resupinus est, ut facile suas pecunias jactet, et indebitas effundat. l. 25 pr. D. 22, 3.

Condictio sine causa conceditur solventi per errorem aut falsa causa expressa.

Conditio.

Conditionis nomen pro re ipsa conditionata seu sub conditione relicta praesumitur.

Conditio aliud est, aliud conditionatum et sublata conditione non dicitur sublatum conditionatum.

Conditio dicitur esse quid facti, et sic non praesumitur.

Conditiones duae sunt species necessaria et voluntaria.

Conditio necessaria certi temporis impleri non potest alio tempore.

Conditio est casualis, potestativa et mixta.

Casualis dicitur, quae a casu et fortuna pendet.

Conditio in totum collata in personam tertii, et tota ab eo pendens, dicitur potius casualis quam mixta.

Conditio potestativa dicitur, quae in arbitrio

et potestate ejus est, cui adscribitur, et quam citra corporis aut animae periculum implere potest.

Non desinit esse potestativa et si casu aliquo impleri non possit.

Conditio legalis, quae tacita dicitur, non praesumitur evenisse, sed qui eam asserit, impletam probare debet.

Item conditio negativa.

Conditio debet impleri in forma specifica. l. 54. D. 35, 1.

Conditionem evenisse qui dicit, probare id debet.

Conditionis et qualitatis repititio non ita facile admittitur in legatis sicut in substitutione.

Conditio adiecta legato libertatis censetur repetita in subsequenti legato, ne alioqui pereat.

Conditio adiecta certae personae non dicitur in aliam repetita.

Et conditio potestativa cohaerens personae si fuit adiecta instituto, non praesumitur repetita in substituto.

Conditio opposita primae substitutioni, quae tacite inest secundae, non impedit transmissionem legati.

Idem in conditione ficta et impropria, quae inest substitutioni pupillari.

Conditio quae tacite inest, si exprimatur, non impedit transmissionem.

Idem in tacita quae subrogatur in locum expressum.

Conditio tacita legis potestativa, licet tacite insit ex natura actus, impedit transmissionem.

Conditio adiecta, ne illa in ecclesiam alienetur, valet.

Conditio apposita in testamento regulariter praesumitur repetita in codicillis.

Conditio, si sine liberis decesserit quando a lege subintelligitur, restringitur ad legitimos et naturales, secus si a testatore fuerit expressa.

Conditio, si sine liberis decesserit, dicitur esse quid connexum cum ipsa morte, unde liberorum conditione adempta, censetur etiam adempta conditio mortis.

Conditio legati facta a marito, si ejus uxor ad alias nuptias non transierit, non dicitur defecta, si mulier est ingressa religionem.

In jure civili receptum est, quoties per eum, cujus interest conditionem non impleri, fiat, quominus impleatur, perinde haberi ac si conditio impleta fuisset.

Non debet alterius collusione, aut inertia, alterius jus corrumpi. Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri.

Non debeo melioris esse conditionis, quam auctor meus, a quo jus in me transit. Nemo plus commodi haeredi suo relinquit, quam ipse habuit.

Frustra expectatur conditio, cujus eventus nihil operatur.

Conditio de nubendo alterius arbitrio rejici-

tur, ideoque non nocet, si ille qui debet arbitrari, ante moriatur.

In conventionibus conditio impleta retro agit, ac perinde habetur, ratione quidem translationis dominii, ac si conditio nunquam fuisset apposita.

Argentraeus.

Defectus conditionis per factum implere debentis eum impedit, ne legatum consequatur. l. 3. cod 6, 46.

In conditionibus primum locum voluntas defuncti obtinet, eaqué regit conditiones. l. 19. D. 35, 1.

Conditiones, quae contra bonos mores vel derisoriae sunt, pro non scriptis habentur; et perinde ac si conditio haereditati sive legato adjecta non esset, capitur haereditas legatumve.

Quae in eam causam pervenerunt, a qua incipere non poterant pro non scriptis habentur. l. 3. §. 2. D. 34, 8.

Cum non stat per eum ad quem pertinet, quominus conditio impleatur, haberi debet perinde ac si impleta fuisset.

Oratio conditionalis habet a contrario sensu implicitam negativam. Gothofredus.

Conductio.

Conductor et locator non praesumuntur voluisse novare perpetuo coloniam, sed ad tempus.

Conductor, in re sibi locata persistens, praesumitur reconduxisse.

Conductor in contractu locationis pensionem, locator patientiam praestat.

Conductori de non expellendo pactum in prima conductione factum, censetur in reconductione repetitum.

Conductorem secundum regionis consuetudinem praedia conduxisse praesumunt.

Conductore non implente ex parte sua, locationis non praesumitur facta renovatio.

Conductore perseverante in re conducta modicum temporis, non praesumitur facta contractus renovatio.

Conductorum aut locatorum haeredes in contractu facto perseverare voluisse praesumuntur.

Conductio aut locatio aliam requirens solemnitatem ultra patientiam, repetita non praesumitur.

Conductionis in contractu pignora data a tertio, non censentur in tacita reconductione in ejus praejudicium repetita.

Confessio.

Confessio non extenditur de tempore ad tempus nec de casu ad casum.

Confessio dubia debet contra ipsum confitentem interpretari.

Confessio facta sine causa, licet non valeat, facta tamen in articulo mortis valet.

Confessio facta in testamento, licet simulate facta praesumitur et nil valeat, attamen si sic confessus juravit, valet, quia cum cogitat de morte, non praesumitur pejerasse.

Confessio generalis et ad nullum certum tempus restricta omnia tempora complectitur.

Confessio omnium probationum maxima est et regina.

Confessio non est probatio, sed relevatio ab onere probandi secundum Alciatum.

Confessio ficta a lege recepta, tantum operatur, quantum vera.

Confessio extra judicium probat contra confitentem, donec de errore constet.

Confessio jurata testatoris fidem facit.

Confessio mariti de dote recepta matrimonio constante in aliqua parte probata, praesumitur vera in totum.

Confessio geminata exceptionem non numeratae dotis excludit.

Confessio de dote, matrimonio constante, facta a marito, cui socer alio instrumento dotem confessatam solvere promittit, spe factae promissionis praesumitur emissa.

Confessio facta in scriptis deliberata praesumitur.

Confessioni litigantium in causa matrimoniali non statur ad infirmandum matrimonii contractum.

Confessiones duae extra judicium factae semiplene probant, ideoque simul junctae perfectam constituunt probationem.

Confesso, crimen se cum sociis commisisse, de sociis non creditur.

Qui non potest dare, non potest confiteri.

Confessus pro judicato habetur.

Confessionem suam potest revocare ex causa justi erroris.

In realibus confessiones non disponunt.

Confessionibus standum est, quibus jus, vel natura non repugnat. Bartholus.

Confessio dividi non debet.

Cum dicimus confessionem aut recognitionem pro veritate haberi, id intelligendum inter eas partes, quae actui interveniunt, nam tertio praejudicium per eas non fit. Argentraeus.

Grande praejudicium adfert pro filio confessio patris.

Coufessio facta in favorem incapacis praesumitur fraudulenta.

Confessio facta inter personas, inter quas prohibita est donatio, ut titulus lucrativus, praesumitur facta in fraudem legis et sic animo donandi. Paulus de Castro.

Confiscatio.

Poena caput sequitur, non rem.

Confusio.

Si solitus rerum ordo deseritur, confusio, culparum amica, generatur et omnia confundi desiderant, qui tentant legibus inimica. Cassiodorus.

Cum quis debitori suo haeres exstiterit, confusione creditor esse desinit; sed si vendiderit haereditatem, emptor haereditatis vicem haeredis obtinet. l. 2. §. 18. D. 18, 4.

Conjectura.

Conjectura communi juri adhaerens firmior reputatur ea, quae juri speciali nititur.

In certis non est conjecturae locus.

Repentini casus iniquitas per conjecturam paternae pietatis emendanda est.

Conjuncti.

Conjuncti portio deficiens accrescit conjunctis, disjuncti omnibus. l. 63. D. 28, 5.

Conjunctus re et verbis praefertur conjuncto tantum. l. 1. §. 2. D. 7, 2.

Conjunctus re tantum et conjunctus verbis tantum ad portionem vacantem pariter admittuntur. l. 66. D. 28, 5.

Conjunctio.

Conjunctio sanguinis omnem fraudis vel delicti suspicionem tollit.

Connexa.

De connexis idem est judicium, et quod in uno disponitur et in alio. Bartholus.

Consanguineus.

Non epistolis, non nudis asseverationibus, nec ementita professione, sed natalibus necessitudo consanguinitatis conjungitur. l. 13, 14. cod. 4, 19.

Consensus.

Non consentiunt, qui errant. Ulpianus l. 15. D. 2, 1.

Si tacuit, palam est eum voluisse: patientiae consensus inest; qui tacet videtur consentire.

Patientia patientiam inducit, patientia tacitum consensum inducit. Argentraeus.

Consentire videtur qui longo tempore patitur.

Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt et consentiunt. l. 145. D. 50, 7.

Aliud est officiose consentire, aliud juri suo renuntiare. Molinaeus.

Quod semel placuit, amplius displicere non debet.

Nihil consensui tam contrarium quam vis ac metus. l. 116. D. 50, 7.

Consensu fiunt obligationes in emptionibus venditionibus, locationibus, societatibus, mandatis. l. 2. D. 44, 5.

Praesentia saepe pro consensu habetur.

Privatorum consensus judicem non facit.

Consensus metu praesumitur adhibitus, ex quo laesio enormis secuta est.

Consensum mulieris verberibus affectae nullum est, nec ei detrimentum affert.

Consequentia.

Quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentias. Paulus.

Cui committuntur sequentia, videntur committi antecedentia. Bartholus.

Consequentia positio arguit antecedens, quando actus pendet a voluntate unius, secus si a voluntate duorum.

Consilium.

Nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam.

Nemo ex consilio non fraudulento obligatur, etiamsi non expediat, cui datum est. l. 2. D. 17, 1.

Consilium dare videtur qui persuadet et impellit, quive instruit consilium ad furtum faciendum. l. 50. D. 47, 2.

Constitutio.

Constitutio favorabilis ita est interpretanda, ne in odium retorqueatur.

Consuetudo.

Consuetudo ultra territorium non disponit.

Male adinventa, malaeque consuetudines, neque ex longo usu[1], neque ex longa consuetudine confirmantur.

Defectu legis aut pacti conventi, recurrendum est ad usum loci, in quo res peragitur.

Inveterata consuetudo pro lege non immerito custoditur; et hoc est jus quod dicitur moribus constitutum. l. 32 et 33. D. 1, 3.

Optima legum interpres consuetudo.

In contractibus ea tacite veniunt, quae sunt moris et consuetudinis.

Valet consuetudo, cui lex non adversatur.

Consuetudinis usus longaevi non vilis autoritas est: verum non usque adeo sui valitura momento, ut aut rationem vincat aut legem. l. 2. cod 8. 52.

Leges quoque ipsas antiquitus probata et servata tenaciter consuetudo imitatur et retinet. l. 3. cod. 8, 52.

Quod non ratione introductum, sed errore primum deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non obtinet. l. 88. D. 1, 3.

Ea quae sunt moris pro expressis habenda sunt.

Facile mutari non debet quod per longa saecula custoditur.

Consuetudo, usus, patientia, justissimi tituli sunt et praesidium ad honores, jurisque constituti loco habenda sunt, proque omni ratione sufficit sic esse consuetum fieri. Gothofredus.

In juribus praediorum, illa quae in consuetudine esse solent, etiamsi nihil sit nominatum et comprehensum, debent subintelligi. l. 17. §. 1. D. 39, 3.

Consuetudo dicitur lex non scripta, praesumitur inducta in casu licito. Non praesumitur sed allegari et probari debet. Non potest induci ex actibus differentibus. Non tollitur uno solo actu contrario.

Consuetudinem vulgatam locorum, Princeps cognitam habere praesumitur.

Consulere.

Consulere rebus suis prius quam alienis, naturali rationi est consentaneum.

Contemptus.

Contemptum parit nimia familiaritas. l. 19. D. 1, 19.

Contendere.

Contendentibus privatis, si pares sint probationes, pro reo respondendum est.

Contentus.

Contentus quisque esse debet suis fortunis. l. 8. D. 10, 1.

Continua.

Continua praesumuntur ea, quae, nisi certa forma observata, nequeunt removeri.

Contractus.

Qui cum alio contrahit, non debet esse ignarus conditionis ejus, cum quo contrahit.

Quae inter contrahentes fiunt, naturas contractuum mutare solent.

Verba contractus referuntur ad tempus contractus.

Omne verbum (in legibus ut et in contracti-

bus) sic accipi debet, ut stet cum aliquo effectu operativo secundum materiam subjectam.

Molinaeus.

Forma substantialis actus dat esse actui in tantum quod, illa deficiente, actus non dicitur, nec actus nomen assumit.

Nihil interest, an voluntatem suam verbis aliquis declaret, an rebus ipsis et factis.

Iisdem modis a contractu disceditur, quibus contractum est.

In stipulationibus, quidquid palam verbis non exprimitur, illud pro omisso habendum est. l. 99. D. 45, 1.

Ea, quae sunt styli non operantur (in contractibus).

Ab emptione, venditione, caeterisque obligationibus, integris omnibus, consensu eorum qui obligati sunt, recedi posse dubium non est. l. 58. C. 2, 3.

Quae dubitationis tollendae causa contractibus inseruntur, jus commune non laedunt. l. 81. D. 50, 17.

Iniquum est in plures adversarios distringi eum, qui cum uno contraxerit.

Certissimum est ex alterius contractu neminem obligari. l. 3. C. 4, 12.

Ex causa potest una pars contractus tolli, alia remanente. Bartholus.

Resoluta una parte contractus, totus contractus solvitur. Idem.

Si verba contractus conveniunt homini sanae

mentis, praesumitur (contractus) fuisse sanae mentis.

Talis enim praesumitur contractus qualem verborum proprietas demonstrat.

Introducta contrahendi facultate, consequens est ex ea dari actionem active et passive quod ex ea causa contractum esset. Argentraeus.

Duae traduntur regulae: una, qui suo nomine contrahere aut in judicio consistere nequeat, nec per alium posse, altera, qui per se possit, per alium posse. Idem.

Contractus eorum qui alieni juris sunt, aut alienae potestati subjiciuntur, nulli sunt. Idem.

Uxorum contractus sibi utiles non irritantur. Idem.

Qui non visis tabulis contrahit, potius decipi quam contrahere videtur.

Nihil magis bonae fidei congruit, quam id praestari, quod inter contrahentes actum est. l. 11. §. 1. D. 19, 1.

A parte praeponderante natura contractus judicater. Argentraeus.

Non tantum propter nos, sed propter nostros contrahimus.

Quae eodem aut postero die fiunt, prope modum ipsi contractui inesse videntur. Idem.

Locus regit contractum.

Uniuscujusque contractus initium spectandum est et causa.

Contractus ab initio sunt voluntatis, licet ex post sint necessitatis.

Contractum rescindere aut revocare princeps sine causa justa nequit.

Confirmatum et ratum habere minor praesumitur, solutionem recipiendo, aut pretium numerando.

Contractu metu celebrato praesumuntur omnes clausulae in instrumento metu adhibitae.

Contractibus ea praesumuntur promissa, quae consueta sunt et usitata ratione et loci et personae.

Contrahentes solemniter praesumuntur legitimae aetatis, et sic habiles fuisse ad contrahendum.

Contrahens scienter non habet evictionem.

Contrahentibus licet permissum sit jure civili, se invicem decipere; non tamen id convenit viro bono.

Contrahens matrimonium in articulo mortis non praesumitur id fecisse, ut in fraudem substitutorum legitimaret filios, sed potius de salute animae cogitasse.

Contrahere nomine proprio quilibet praesumitur.

Contradictio.

Propter justitiam patimur nobis contradici.

Theodoricus rex.

Contutor.

Contutore dato, unus sine altero recte non contrahit.

Contumacia.

Contumax et si ob malam causam non praesumitur succubuisse, habet tamen aliquam contra se malae causae praesumptionem.

Contumacia inducit quandam tacitam fictamque confessionem.

Contumacia cumulat poenam. l. 4. D. 48. 19.

Contraria.

Contraria duo simul stare non possunt.

Contraria proponens a limine judicii rejicitur.

Contrbutio.

Omnes, quorum interest, navem salvam esse, contribuere debent.

Conventio (Contractus).

Conventiones spectant tantum id, quod in ipsis continetur.

Verba conventionum secundum jus commune intelligi debent.

Cum nulla subest causa propter conventionem, hic constat, non posse constitui obligationem. l. 7. §. 4. D. 2, 14.

Nihil prohibet priorem scripturam posteriore corrigere commutare, rescindere.

Conventio, ne quis teneatur de dolo, non valet. Accursus.

Ubi non invenitur conventio, lex quaerenda est. Argentraeus.

Cor.

Cor est imperator linguae et cedit linguae cordi.

Duro corde praeditus in miserias tandem incidet.

Corpus.

Cum in corpore dissentiatur, apparet nullam esse emptionem. — Nihil autem facit error nominis, cum de corpore constat.

Correi credendi.

Creditores ejusdem rei non sunt correi credendi, nisi illud specialiter et nominatim actum fuerit.

Correi debendi.

Inter correos debendi factum unius nocet alteri et interpellatio unius est interpellatio omnium. l. 18. D. 45, 2.

Correlativi.

Correlativa simul et eodem tempore nascuntur, et naturaliter simul sunt.

Et uno ex correlativis prohibito censetur et alterum prohibitum.

Correlativorum par est ratio.

Corrigere.

Corrigi interlocutoria potest, definitiva non. l. 19. §. 2. D. 4, 8

Corrupta alimenta.

Non licet corrupta frumenta vendere. C. 11, 23.

Creditor.

Creditor ad petitionem debiti urgeri minime debet. l. 20. C. 3, 13.

Creditum et debitum non possunt concurrere in eadem persona.

Pauperis creditoris cui debetur, consideratio est potior, qui suum petit. Argentraeus.

Creditore invito non potest solvi aliud pro alio.

Creditori si est factum legatum, qui est creditor pure et immediate, praesumitur factum animo compensandi cum ipso credito.

Si autem legavit testator, et dixit, se legare de bonis suis, non praesumitur legasse animo compensandi cum ipso credito.

Creditor qui scit et tacet, quando debitor rem sibi pignoratam, alienat, consentire non praesumitur, quia scit rem transire cum suo onere.

Institutus haeres a debitore potest repudiare haereditatem salvo ejus credito.

Crimen.

Utique unumquemque criminosum, non dignitas debet sed poena comitari. l. 38. C. 10, 31.

Morte homicidae crimen cum poena extinguitur. l. 3. C. 9, 6.

Suadendo juvisse sceleris instar est. l. 16. D. 48. 19.

Crimen laesae majestatis commissum a patre non solum nocet filiis ejus natis post commissum delictum, verum et eis, qui ante delictum nati erant, quia omnes praesumuntur eodem vitio laboraturi.

Crimina nunquam praesumuntur.

Culpa.

Culpa est delicti species.

Culpae quando fit mentio, non intelligitur in dubio de levissima.

Culpa similis est tam prohibita dicere quam docere. l. 8. C. 9, 18.

Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi, non aliis imputare debet.

Lata culpa dolo aequiparatur.

Imperitia dolus est, et culpae adnumeratur.

Culpa caret qui scit sed prohibere non potest.

Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti. l. 36. D. 50, 17.

Non est in culpa, si quis utatur re ad eum usum, ad quem est destinata.

Ille, qui non praevidet, quod praevidere debuit, in culpa est. Baldus.

Magna negligentia culpa est; magna culpa dolus. Paulus.

Culpa abest, si omnia facta sunt, quae diligentissimus quisque observaturus fuisset.

Culpa sine voluntate delinquendi committitur.

Curator.

Curator patris filius esse potest. l. 12. §. 1. D. 26, 5.

Curia.

Quod major pars curiae effecit, pro eo habetur ac si omnes egerint. Scaevola.

Custodia.

Custodiae causa concessa ad certum tempus, non praesumitur facta renovatio, custode ultra tempus permanente.

D.

Damnari.

Damnari aliquis de crimine ex sola praesumptione non potest, nisi aliud constet.

Damnatus praesumitur quis potius poena temporali quam perpetua.

Si quis sit damnatus poena amputationis manus, intelligitur debilior.

Damnosum.

Quod est damnosum, non praesumitur; nec quod est contra bonos mores.

Damnum.

Damnum alii facere possum, ne res mea pereat. l. 14. pr. D. 19, 5.

Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputare.

Nemo debet suscipere id, quod novit, suam imperitiam vel imprudentiam alteri damnosam fore.

Hoc natura aequum est neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem.

Damnum vocant, quod de suo cuiquam abest. Argentraeus.

Injuriam hic damnum accipiemus culpa datam ab eo etiam qui nocere noluit. l. 5. §. 1. D. 9, 2.

Damnum quod per aggressuram latronum in possessionibus locatis rei tuae illatum esse proponis, a domino earumdem possessionum resarciri nulla ratione desideras. l. 12. D. 4, 65.

Damna post mortem testatoris illata ad solum haeredem respiciunt. l. 30. D. 35, 2.

Damnum non debet quis sentire ex sua liberalitate.

Damno et periculo nemo praesumitur velle se exponere.

Dare.

Datio in solutum vim obtinet venditionis.

Dare nemo potest quod non habet.

Datio in solutum potius quam pignus praesumitur.

Datum sub una conditione censetur sub contraria ademptum.

Debere.

Debetur praesenti die, si dies non adjicitur. l. 41. §. 1. D, 45, 1.

Debitor. Debitum.

Debitor, cum solvit, potestatem habet commemorare, in quam causam solvit. l. 101. §. 1. D. 46, 4.

Debitorem quasi dicens, qui non est debitor, injuriarum tenetur. l. 15. §. 33. D. 47, 10.

Amplius quam semel res mea esse non potest: saepius autem deberi potest. Paulus l. 1, 4. §. 2. D. 44, 2.

Grave visum est et aequitati repugnans alienorum debitorum causa alium molestari, idque modis omnibus effugiendum jura omnia clamant. l. unica C. 11, 57.

Debitor non liberatur, nisi debitum tuto in loco deposuerit.

Debitor is est, a quo invito exigi pecunia potest. l. 108. D. 50. 16.

Nemo adnotatione propria sibi facit debitorem. Nemo sibi titulum adscribit.

Delegatione liberatur debitor, quamvis cesset creditor a delegato exigere.

Si pecunia non est numerata debitori, debet et creditor instrumentum reddere.

Creditum et debitum non possunt concurrere in eadem persona.

Debita dicuntur de quibus potest esse actio.
Argentraeus.

Propter moram debitoris, quanti plurimi res valuit, condemnatur.

Debitor reditus annui, probans solutionem trium annorum continuorum proxime elapsorum, praesumitur aliis quoque annis solvisse.

Naturaliter debitum sponte solvendo agnoscit et confirmat.

Negans debitum, de mendacio convictus, perdit cessionis beneficium.

Condemnatus ad certam quantitatem dans rem aliquam creditori, loco pignoris dedisse praesumitur.

Debitorem accipiens, qui solvendo non sit, sibi imputabit.

Debitorum liberatio si sit relicta, intelligitur de iis, qui erant debitores tempore conditi testamenti, non autem debitis deinde contractis.

Debito principali sublato dicitur et illud fidejussoris extinctum.

Naturaliter debitum in foro conscientiae praestari debet.

Principale recipiens, interesse praesumitur remittere.

Instrumentum repertum penes debitorem, facit praesumi debitum solutum.

Instrumentum reddens creditor praesumitur creditum remisisse,

Instrumentum sibi a creditore vel ejus nomine ab alio traditum, probare debet debitor; alias sine illius consensu habuisse praesumitur, maxime persona domestica.

Praesertim si illud se amisisse creditor probet.

Instrumentum modico tempore penes debitorem existens, contra quem creditor agere coepit, non praesumitur ei a creditore traditum, ut a debito liberaretur.

Debita poenalia ubi duo sunt, solutio facta per debitorem, praesumitur ob debitum, cujus poena non est commissa.

Debens centum et legans centum, ob quantitatis paritatem praesumitur animo compensandi facere.

Decedere.

Decessisse nemo praesumitur relictis filiis.

Deceptio.

Jura subveniunt mulieribus deceptis, non decipientibus.

Praetextu publicae auctoritatis nemo decipi debet. Molinaeus.

Singuli decipere et decipi possunt: nemo omnes; neminem omnes fefellerunt.

Deceptus in contractu potest adversarium interrogare, an sit vir bonus: qui si respondeat, se virum bonum, tenetur damnum rependere: si vero dicat, se non virum bonum, repellendus est a judicio (Cautela Felini).

Decimae.

Decimandi jus non potest acquiri laico praescriptione aliqua.

Decimae sunt jure divino constitutae, et non nisi ecclesiae seu ejus ministris debentur.

Decimae retinentur a laico, si eas possedit a tempore, cujus initii memoria non est in contrarium.

Clericus clericum non decimat.

Defectus.

Qui cadit a syllaba cadit a toto. — Bonum ex integra causa, malum ex minimo defectu.

Defensio.

Omnis qui defenditur, boni viri arbitratu defendendus est. l. 77. D. 3, 3.

Adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere. l. 4. pr. D. 9, 2.

Definitio.

Omnis definitio in jure civili periculosa est; parum est enim ut non subverti possit. Javolenus.

Defrutum.

Defrutum non venit appellatione vini.

Defunctus.

Defuncti jura et actiones transeunt in haeredem suum.

Delegatio.

Solutionis vicem delegatio continet. Paulus l. 26. §. 4. D. 38, 1.

Delegatione liberatur debitor, quamvis nequeat creditor a delegato exigere.

Deliberatio.

Cui datum est tempus ad deliberandum, adiisse videtur nisi repudiet.

Delictum.

Delicta paria mutua compensatione tolluntur. l. 39. D. 24, 3.

Delicti praesumptio est omnino evitanda.

Delicto poena ut conveniat, judex cavere debet.

Ubi concurrunt plura delicta, ibi concurrunt plures actiones. Baldus.

Crimen non dissimile est rapere, et ei qui rapuit raptam rem, scientem delictum, servare. l. 9. C. 9, 12.

Ibi debet quis puniri ubi deliquit. Bartholus.

Delinquere proprie est praetermittere quod non oportuit praeterisse.

Delictum, inquit Augustinus, est declinare a bono. Peccatum est cum malum fit. Argentraeus.

Non ex sola probatione delicti irrogatur infamia, sed ex sententia, quae super probatione fertur. Idem.

Non oportet laudando augeri malitiam. l. 1. §. 4. D. 11, 3.

Nota est foro regula haec juris romani in patriam translata: in delictis scilicet non laudari auctorem.

Nemo jubenti delictum parere cogitur: non servus domino, non filius patri, non quisquam magistratui.

Delicta parentum liberis non nocent. l. 2. C. 6, 7.

Non ad solam delictorum mensuram poena imponenda est, sed et inquirendum quis fuerit ejus, qui peccavit, animus.

Dementia.

Dementiae et furoris morbo semel affectus, perpetuo eodem morbo laborare praesumitur.

Observandum est, quod ille qui asserit actum aliquem confectum fuisse ab insano et furioso, debet probare praecise quod, tempore confecti actus, is laboraret eo morbo. Mascardus.

Demonstratio.

Falsa demonstratio non nocet.

Denunciatio.

Denunciationes, quae in celebrandis matrimoniis praecedere debent, fieri debent a proprio parocho.

Depectus.

Depectus dicitur qui turpiter pactus est. l. 3. §. 2. D. 3, 6.

Deportatio.

Deportati testamentum facere non possunt, quod nullius sint certae civitatis cives, ut secundam leges suae civitatis testentur.

Cujacius.

Si cui aqua et igne interdictum sit, ejus nec illud testamentum valet quod antea fecit, nec id quod postea. In insulam deportati in eadem causa sunt. Idem.

Deportatus per restitutionem a Principe factam restituitur in pristinum statum, tum quoad honores, tum quoad bona.

Depositum.

Depositarius regulariter non dicitur acceptare, licet taceat, cum apud eum deponitur.

In causa depositi compensationi locus non est. Paulus.

Etiam praedoni res deposita restituitur. Idem.

Non semper videtur dolo facere, qui reposcenti non reddit. l. 1. §. 12. D. 16, 3.

Haec est justitia, quae suum cuique ita tribuit, ut non distrahatur ab ullius personae justiore repetitione. l. 31. D. 16, 3.

Res ibi debet restitui, ubi deposita est nisi alibi expensis petentis petatur. Bartholus.

In deposito pecuniae numeratae veniunt usurae a tempore morae. Idem.

In deposito nulla industria opus est.

Rei depositae proprietas apud deponentem remanet. l. 17. §. 1. D. 16, 3.

Depositarius non minorem salva fide rei depositae quam suis rebus, diligentiam praestabit. l. 32. D. 16, 3.

Derogatio.

Generi per speciem derogatur.

Descendentes.

Descendentibus vocatis, censentur vocati omnes usque in infinitum cujuscumque sint gradus, etiam, qui nondum nati vel concepti sunt tempore mortis testatoris.

Descendentes a testatore jussi haereditatem restituere post mortem suam, ita demum censentur in eam rem gravati, si sine liberis decesserint, etiam si sint gravati restituere ecclesiae vel piae causae.

Desidia.

Ubi non ignorantia, sed nostra ignavia aut cupiditas errati causa est, ibi ignorantia non excusat.

Destitutio.

Turpius ejicitur quam non admittitur hospes.

Detractio.

Ante detrahendum est quod extra bonorum quantitatem est, deinde quod ex bonis apud haeredem remanere debet. l. 73, §. 5. D. 35, 2.

Detrimentum.

Si tui operis vitio accidit, tuum est detrimentum.

Deus.

Deum imitatur, qui ignoscit. Justinian l. 23. C. 5, 4.

Nemo contra deum nisi deus ipse.

Dicere.

Dicere nemo censetur quod non sensit: et nemo existimandus est dixisse, quod non mente agitaverit.

Facere contra semetipsum nemo praesumitur.

Dies.

Diei adjectio pro reo est. l. 41. §. 1. D. 45, 1.

Dies incertus conditionem in testamento facit. Papinianus l. 35. D. de condit et dem.

Dies non suspendit.

Dies (non) interpellat pro homine.

Difficile.

Difficile est adsueta et trita reformare. l. 37. D. 21, 1.

Diffidentia.

Nullum velle sortiri judicem, magnum est in reo diffidentiae, in actore calumniae argumentum.

Dignitas.

Major dignitas est in sexu virili. Ulpianus l. 1. pr. D. 1, 9.

Qui indignus est inferiore ordine, indignior est superiore. Pomponius l. 4. D. 1, 9.

Quaesita dignitas liberis propter casum patris auferenda non est. Papinianus l. 9. D. 1, 9.

Dilatio.

Dilatio temporis non potest prius habere finem quam principium. l. 81. §. 9. D. de legat I.

Post primam dilationem, alia dilatio non est danda nisi causa cognita. Bartholus.

Cui datum est tempus ad deliberandum, adiisse videtur nisi repudiet.

Dies termini, id est, a quo terminus computatur, non est in termino sed extra. Ricardus.

Quod certa die promissum est, vel statim dari potest; totum enim medium tempus ad solvendum promissori relinquitur.

Non sibi concessum intelligant judices dandae dilationis arbitrium. l. 1. C. 3, 11.

Dilationes longiores conceduntur reo ad deferendum, quam actori ad prosequendam actionem motam.

Dilationibus qui judicium subterfugere quaerit, contra se habet praesumptionem.

Disciplina.

Disciplina castrorum antiquior fuit parentibus

Romanis, quam charitas liberorum. l. 19. §. 7. D. 49, 15.

Disciplinam servare non potest jejunus exercitus. Cassiodorus.

Dispensatio.

Dispensationes sunt odiosae et ob id stricte interpretandae.

Dispositio.

Dispositioni primae speciali non censetur derogatum, nisi secunda dispositio sit pariter specialis.

Dispositionum una permittente, altera prohibente, praevalet prohibens.

Dives. Divitiae.

Dives non tam facile quam pauper in vincula conjicitur. l. 3. §. 16. D. 26, 10.

Divitibus quam humilioribus favetur magis. l. 3. §. 16. D. 26, 10.

Diviti major adhibetur fides.

Divitiarum qualitas repugnat naturae, cum quilibet nudus nascatur.

Dividuum.

Ex causa potest una pars contractus tolli, alia remanente. Bartholus.

Dividere.

Pactum ne perpetuo dividatur, non valet. l. 14. §. 2. D. 10, 3.

Divisio.

Divide et impera.

Divisio bonorum, cum quid facti sit, non praesumitur.

Si conventum est, ne omnino divisio fiat, hujusmodi pactum nullas vires habere manifestissimum est. Paulus.

Aeque necessaria est divisio inter communes, sive ex societate, sive sine societate, ex quavis causa, satis est quod alter ab altero cogi possit dividere. Molinaeus.

Majoribus etiam per fraudem vel dolum, vel perperam sine judicio factis divisionibus, solet subveniri.

Doctor.

Doctor ad legendum conductus praesumitur secundum consuetudinem gymnasii.

Dodrans.

Dodrantem alienari posse non solum dotis restituendae, sed etiam redemptionis captivorum causa.

Dolor.

Difficillimum est justum dolorem temperare.

Dolus.

Dolum non facile committit universitas. l. 15. D. 4, 3.

Dolus est in eo, qui scit, se ad quidpiam faciendum teneri, facereque potest et non vult.

Dolus est si quis nolit persequi quod exigere potest, aut si quis nolit solvere quod exegerit. l. 44. D. 17, 1.

Nimia praecautio, dolus.

Omnis affectatio, dolus; dolosis autem malitia sua lucrosa esse non debet, nec cuiquam fraus sua patrocinari.

Dolum perspicuis indiciis probari convenit.

Imperitia dolus est et culpae adnumeratur.

Dolo facit, qui petit, quod redditurus est.

Dolo facit quicunque id, quod quaquam exceptione elidi potest, petit. Ulpianus l. 2. §. 5. D. 44, 4.

Nullus videtur dolum facere, qui jure suo utitur.

Si duo dolo malefecerint, invicem de dolo non agent.

Dolus utriusque compensatur.

Dolus est vel obscure loqui, vel obscure dissimulare.

Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non paruit.

Non videtur esse in loco, quod dolo adversarii illatum est.

Ab utraque parte dolus compensandus. Julianus l. ult. §. 3. D. 2, 10.

Conventio, ne quis teneatur de dolo, non valet. Accursus.

Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit.
Paulus.

Dolus malus fit calliditate et fallacia et quoties circumscribendi alterius causa aliud agitur, et aliud agi simulatur.

Non potest non mala mente et offensione recti admitti, quod dolo admissum dicitur. Argentraeus.

In minore infante non est dolus.

Majoribus etiam per fraudem vel dolum, vel perperam sine judicio factis divisionibus, solet subveniri.

Labeo sic definit, dolum malum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam.

Nisi ex magna et evidenti calliditate, non debet de dolo actio dari. Ulpianus l. 7. D. 4, 3.

Dolus est quid latens et in animo consistens, qui non, nisi coniecturis probari potest; debent autem coniecturae esse urgentes et concludentes.

Doli et fraudis exceptio opponi adhuc potest non obstante lapsu biennii a confessione numerationis a debitore facta.

Dolus nunquam praesumitur nisi probetur.

Dolis et fraudibus quantum fieri potest, est occurrendum.

Dolo futuro directe nequit renunciari.

Domicilium.

Domicilium est ubi qui uxorem, liberos, tabulas, instrumentum rei domesticae habet, ubi

rerum fortunarumque suarum summam constituit, unde non discessurus, si nihil avocet, unde cum discessit peregrinari videtur.

Cives origo, incolas domicilium facit.

Haeres potest conveniri, ubi proprium habet domicilium.

Nihil est impedimento quominus, quis, ubi velit, habeat domicilium, quod ei interdictum non sit. Marcellus.

Consilio simul et facto constituitur domicilium, nec alterum sine altero sufficit. Argentraeus.

Nulla tempora domicilium constituunt aliud cogitanti. Idem.

Quotiescumque de capacitate aut habilitate personarum quaeritur, domicilii leges et statuta spectantur. Bartholus.

Dominus. Dominium.

Dominii translatio in dubio non praesumitur.

Dominium habet naturam perpetuam et uniformem, unde ex praeterito ad praesens infertur.

Dominum non posse de re sua disponere odiosum est.

Suarum rerum unusquisque est arbiter et dominus.

In suo alii facere hactenus licet, quatenus nihil in alienum immittat. Ulpianus l. 8. §. 5. D. 8, 6

Non potest quis facere, quominus agrum vicinus quemadmodum vellet, araret. Ulpianus l. 27. pr. D. 39, 3.

Nemo plus juris in alium transferre potest quam ipse habet.

Quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.

Res prodest domino suae proprietatis.

Inscio domino, per colonum praejudicium imponi non potest.

Nemo rem alienam, invito domino, vendere potest.

Non videtur pefecte cujusque id esse, quod ex casu ei auferri potest. l. 139. §. 1. D. 50, 17.

Nemo potest esse auctor in rem suam.

Dominium sine possessione non acquiritur.

Argentraeus.

Nemo invitus carere debet re sua, etiam justo pretio.

Rei quaesitae dominium auferre nolenti nemo potest. l. 23. C. 5, 12.

Si quod meum est, tibi trado tanquam tuum, non transfero dominium. Bartholus.

Meum est quod ex re mea superest, cujus vindicandi jus habeo, l. 49. §. 1. D. 6, 1.

Quoties duobus in solidum praedium jure distrahitur, manifesti juris est, eum cui priori traditum, in detinendo dominio esse potiorem. l. 15. C. 3, 32.

Dominus litis.

Procuratore semel in judicio comparente, in reliquum citari ipse potest, cum litem susceperit, et, ut loquuntur, dominus litis factus sit.

Argentraeus.

Procurator litium omnem culpam praestare debet, etiam levissimam. Idem.

Domus.

Domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum. l. 18. D. 2, 4.

Domum suam reficere unicuique licet, dum non officiat invito alteri, in quo jus non habet. Ulpianus.

Domum emi, cum eam, et ego et venditor combustam ignoraremus. Nerva, Sabinus, Cassius, nihil venisse, quamvis area maneat, pecuniamque solutam condici posse aiunt. l. 57. pr. D. 18, 1.

Appellatione domus non veniunt ruta et caesa.

Domo legata ex pluribus in dubio de domo habitationis suae testator sensisse praesumitur.

Domo legata cum omnibus rebus, quae in ipsa sunt, continentur mobilia quotidiani usus.

Domus vel navis si reficitur, eadem manet forma et dicitur eadem domus; ideo si fuit legata ex refectione non adimitur legatum sicut quando destruitur et nova conficitur.

Domo legata continentur et ea, quae sunt ei affixa, quae amoveri non possunt.

Legata cum instrumentis vel domo et instrumentis, censentur comprehensa omnia necessaria ad usum domus secus, quae voluptatis causa ibi sunt.

Publicata non censentur publicata suppellectilia domus.

Caeterum domo legata continentur etiam ea, quae ipsius domus causa parata sunt.

Domus praesumitur mea ex eo quod in ea nunc habito.

Domum suam quilibet potest altius tollere, etiam si lumina vicini obscurentur.

Donatio. Donatur.

Senectus ad donationem faciendam sola non est impedimento.

Qui non potest dare, non potest confiteri.

Non videntur data quae, eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt.

Qui dat et retinet, dare non videtur.

Non videtur perfecta donatio mortis causa facta, antequam mors insequatur. Ulpianus.

Donatio non dicitur, si officium aliquod quadam mercede remuneretur.

Non donat, qui necessariis oneribus succurrit. l. 21. pr. C. 24, 1.

Donatio ex sola donantis intentione corruit, si mala mente facta est. Argentraeus.

Donatio, quae depravato consilio fit malevolentia haeredis et ea fine, ne habeat, improbatur. Idem.

Ultra id donasse, quod lex permisit, personis praesertim prohibitis, excessus est. Idem.

Si nulli sint, aut moriantur liberi ante donationem, revalescit donatio. Idem.

Quod fraude haeredis praesumpti donator fe-

cit, non prohibetur haeres, quantumlibet acceptata haereditate oppugnare. Idem.

Unius haeredis donatio facta, tota corruit, ut facto individuo; agit enim odium in totum actum, cum motus et intentio donantis ab odio manavit.

Donatio remuneratoria non est proprie donatio, sed potius permutatio, seu compensatio et titulus onerosus. Molinaeus.

Donatio ob causam meritorum inter personas prohibitas non valet.

Difficile est omnino sustineri donationes remuneratorias, et rarum est, ut tales non subvertantur propter fraudis suspicionem, nisi vehementes probationes ostenderentur de meritis, hisque non vulgaribus, sed extraordinariis, nam confessio donatoris ad id non valeret inter prohibitos.

Tiraquellus.

Post contractum capitale crimen donationes factae valent, nisi condemnatio accusationem secuta sit ante factam donationem. l. 15. D. 39. 5.

In mortis causa donationibus, non tempus donationis, sed mortis intuendum est an quis capere possit. l. 22. D. 39, 6.

Tritissimus in foro textus in id, ut si tria concurrant, inducatur donationis praesumptio, nempe ratio sanguinis, taciturnitas longi temporis, et saepius facta compensatio. Mornacius.

Remunerare, solvere est, non donare.

Donatio remuneratoria, non tam donatio, quam merces eximii laboris appellanda est. l. 34. D. 39, 5.

Perfecta donatio conditiones postea non capit. l. 3. D. 39, 5.

Nemo videtur donare id, de quo non cogitavit. Nec ignorans, nec invitus quisquam donat. l. 10. C. 8, 53.

Donans omnia sua bona praesentia et futura, adiecto pacto de non revocando, praesumitur donare inter vivos.

Donare nemo praesumitur in dubio.

Donare qui promisit etiam nudo pacto obligatur.

Donatio cum clausula „ad habendum, tenendum“ praesumitur inter vivos.

Donatio in dubio potius inter vivos, quam mortis causa praesumitur.

Donatio mortis causa poenitentia donatoris revocatur.

Donatio ut valeat requirit donatarii consensum qui praesumitur ob ejus praesentiam et taciturnitatem.

Donando pater filiae, ut nubat, debitum potius persolvisse quam donasse dicitur.

Donatum dicitur nullo jure cogente concessum.

Donata res acquiritur ei, cujus contemplatione data fuit.

Donans mortis alterius causa non potest sua poenitentia revocare.

Donans hoc pacto, „ut si contingat, bona mea confiscari, me tenearis alere,“ non in fisci fraudem agit.

Donator sibi multa bona reserviens, de quibus

testari possit, inter vivos praesumitur donare voluisse, et si mortis fecerit mentione.

Donatoris poenitentia et revocatio non praesumitur.

Donatore et donatario simul praemorientibus, in dubio praesumitur donatorem prius decessisse, ut valida sit donatio.

Donatarius erga donantem naturaliter obligatur.

Donator et donatarius, si vita functi sunt, et ignoratur, quis prius decesserit, cum in diversis locis mortui sint, melior judicatur conditio possidentis, ut, qui petunt probare debeant, hunc vel illum prius voluisse.

Donatori pinguius succurritur quam alteri debitori. l. 49. D. 42, 1.

Dos.

Dos dicitur esse quid necessarium ad matrimonium et a matrimonio pendet.

Dotis causa dicitur causa pia.

Dos ubi reperitur soluta, praesumitur soluta ab eo qui eam dare et constituere tenebatur.

Dotis causa possunt alienari bona fideicommisso subjecta.

Dos data priori viro videtur etiam promissa secundo.

Dotis causa semper est onerosa.

Dotem pater filiabus stipulatus, praesumitur stipulatus tanquam filiabus, non tanquam haeredibus.

Dote majori vidua quam virgo indiget.

Dotale praedium marito et muliere vendentibus, pretium ad maritum praesumitur pervenisse.

Dotalium bonorum ususfructus ad patrem pertinet, quousque filius cum eo commoratur.

Dotare filiam officium paternum est, et quandam habet annexam necessitatem.

Dotans vel donans propter nuptias, ex suis bonis facere praesumitur et si sit administrator bonorum filii filiaeve.

Profectitia dos ad patrem revertitur, filia mortua.

In dote eam diligentiam praestat maritus, quam exhibet in rebus suis.

Nulla dos sine matrimonio.

Dos in fraudem creditorum constitui non debet.

In stipulatione dotis inest tacita conditio, si matrimonium sequatur. Bartholus.

In ambiguis, pro dotibus respondere melius est. Paulus.

Scimus, favore dotium antiquos juris conditores severitatem legis saepius mollire. l. 25. C. 4, 29.

Dos indebite reddita condicitur. Bartholus.

Dos nuda confessione non constituitur sed numeratione. Baldus.

Dos confessata, non numerata effectualiter, repeti non potest.

Dotem numeratio, non scriptura dotalis instrumenti facit. l. 1. C. 5, 15.

Omnis dotis promissio futuri matrimonii tacitam conditionem accipit.

Res, quae ex dotali pecunia comparatae sunt, dotales videntur. l. 54. D. 23, 3.

Rei publicae interest, mulieres dotes salvas habere, ut nubant. l. 2. D. 23, 3.

Dubium.

In ambiguo sermone non utrumque dicimus, sed id duntaxat, quod volumus. Itaque qui aliud dicit quam vult, neque id dicit quod vox significat, quia non vult, neque id, quod vult, quia id non loquitur. Paulus l. 3. D. 34, 5.

In ambiguis rebus humaniorem sententiam sequi oportet. l. 11. §. 1. D. 34, 5.

Ubi est verborum ambiguitas, valet quod acti est. Paulus.

Semper in dubiis id agendum est, ut quam tutissimo loco res sit bona fide contracta, nisi cum aperte contra leges scriptum est.

Cum in testamento ambigue aut etiam perperam scriptum est, benigne interpretari et secundum id quod credibile est cogitatum credendum est. Marcellus l. 25. D. 34, 5.

Cum quaeritur in stipulatione, quid acti sit, ambiguitas contra stipulatorem est. l. 27. D. 34, 5.

Duo.

Duo simul nasci non possunt. l. 15. D. 1, 6.

Durities.

Duro corde praeditus, in miserias tandem incidet.

Durius cum lege agitur, quam cum homine.

E.

Ecclesia.

Ecclesia, Imperii mater. Nov. 3. in pr.

Ecclesia dicitur mater et cultrix justitiae.

Ecclesiae appellatio de cathedrali intelligitur.

Ecclesias vel praebendas unire odiosum est, et ideo unio non praesumitur, sed ab eo probari debet, qui eam asserit factam.

Ecclesiae simpliciter relictum dicitur relictum pro anima.

Edere.

Edere coguntur suas rationes omnes, qui officium publicum gerunt. l. 10. D. 2, 13.

Edere non tenetur quis instrumenta, quibus usurus non est. l. 1. §. 3. D. 2, 13.

Edi debent instrumenta sine die et consule. l. 1. §. 2. D. 2, 13.

Editae semel rationes non sunt iterum edendae, nisi ex causa legitima et probata. l. 7. §. 1. D. 2, 13.

Eduntur fisco intrumenta facientia contra se. l. 3. D. 2, 13.

Editio.

Editionem qui petit debet jurare de calumnia. l. 6. §. 2. D. 2, 13.

Reus potest exigere ab actore, ut edat sibi instrumenta, si ea scilicet in sua potestate habeat, quibus contendit, se posse causam suam instruere, vel exceptionem probare.

Attamen nemo edere contra se tenetur.

Non debet edi totus liber, sed tota ratio, prout pertinet ad petentem. Bartholus.

Absurdum esset, ut is in ea causa sit, ut edere debeat, tamen sibi edi postulet. l. 6. §. 9. D. 2, 13.

Quod produco non reprobo.

Electio, eligere.

Electionem et postulationem a lege aequiparari constat.

Eligere modum, quo dispositio sua subvertatur, nemo praesumitur.

Electus ad officium praesumitur aptus, dignus et idoneus.

Eligens electi conditionem scire praesumitur.

Electus praesumitur gratus ipsis eligentibus.

Generaliter, permissa electione, magis idoneus eligi debet. Argentraeus.

Electio facta per procuratorem valet. l. 66. D. 3, 3.

Electio quandam secum excutionem trahit, variatio non permittitur. l. 20. D. 33, 5.

Electio est venditoris in generali sermone. l. 60. D. 18, 1.

Electionem habens a lege potest quandoque variare. l. 41. §. 2. D. 45, 1.

Eligendi jus unum ex reis transit ad haeredes. l. 33. §. 2. D. 26, 7.

Eligens inter contraria variare non potest. l. 4. §. 2. D. 18, 3.

Emancipatio.

Emancipationem a patre in extremis laborante factam, fraude praesumi factam.

Emancipatio facta in fraudem filii filiaeve non tenet.

Emancipatus filius comparatur extraneo.

Emancipatio dissolvit adoptionem. l. 3. §. 1. D. 37, 4.

Emere.

Emere etiam dicitur, qui per alium emit. l. 22. §. 1. D. 40, 12.

Emphyteusis.

Emphyteusis si est data nomine dotis, mortua muliere non revertitur ad priorem dominum, sed transit ad haeredes ipsius mulieris.

Emphyteusis in dubio perpetua praesumitur, ubi de dominii aut regionis consuetudine non apparet.

Ecclesiastica usque ad tertiam generationem solum concessa praesumitur.

Emphyteusis judicatur, ubi concessio perpetua est et dicitur, quando modica solvitur pensio.

Emphyteuta per biennium aut triennium a solutione cessans ab emphyteusi cadit.

Domino inconsulto rem emphyteuticam alienando, cadit ab ea.

Emphyteutam expellens dominus pensionem praesumitur remisisse.

Emphyteuticus contractus pro sua essentia scripturam requirit.

Emphyteuticum esse feudum confessus suo nocet successori etiam singulari.

Emptio.

Emptio rei suae non valet. l. 15. §. 2. D. 18, 1.

Emptionis verbum omnem alienationem continet. l. 29. §. 1. D. 40, 7.

Emptio, venditio.

Melioris conditionis emptor non fit, quam fuit venditor. Pomponius l. 32. §. 1. D. 16, 1.

Ab emptione, venditione, caeterisque obligationibus, consensu eorum qui obligati sunt, recedi posse dubium non est. l. 58. C. 2, 3.

Post traditionem impositam nuda voluntas non resolvit.

Res bona fide vendita propter minimam causam inempta fieri non debet. l. 54. D. 18, 1.

Sicuti lucrum omne ad emptorem haereditatis respicit, ita damnum quoque debet ad eundem respicere, nam quem sequuntur commoda sequi debent et incommoda.

Venditor non tenetur de casu fortuito.

Post perfectam venditionem omne commodum

et incommodum, quod rei venditae contingit, ad emptorem pertinet. l. 1. C. 4, 48.

Non dubitatur, et si specialiter venditor evictionem non promiserit, re evicta, ex empto competere actionem.

Aliud est vendere, aliud vendenti consentire.

In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est.

In emptis et venditis potius id quod actum, quam id, quod dictum sit, sequendum est. l. 6. §. 1. D. 18, 1.

Pluribus ementibus ab eodem, potior est, cui traditio facta est.

Sine pretio nulla est venditio, non autem, pretii renumeratio perficit sine scriptis habitam emptionem. Ulpianus.

Consistit emptio sive fundatur super r e, sive super s p e. Baldus.

Cum in corpore dissentiatur, apparet nullam esse emptionem.

Nihil autem facit error nominis, cum de corpore constat. Ulpianus.

Non valet venditio, si pretii quantitas in emptoris arbitrium conferatur. Bartholus.

In vendentis vel ementis voluntatem collata conditione comparandi, quia non adstringit necessitate contrahentes, obligatio nulla est. l. 13. C. 4, 38.

Emptio rei suae non valet, etiamsi ematur a creditore, cui obligata est. Baldus.

Cum fundus venditur ad mensuram, si plus

fuerit inventum, quam fuerit dictum, pro toto debetur pretium. Idem.

Sive tota res evincatur, sive pars, habet regressum emptor in venditorem. Ulpianus.

Vitium rei venditae post contractum superveniens, non parit causam evictionis.

Quando res evincitur facto emptoris, etiam antecedente emptione, non tenetur venditor.

Bartholus.

Qui bona fide alienum fundum emit, eumdem a domino conduxit, possidere desiit. Marcellus.

Si ab eo emas quem praetor vetuit alienare, idque tu scias, usu capere non potes. Paulus.

In venditione bonorum etiam ususfructus veniat, quia appellatione domini fructuarius quoque continetur. Ulpianus.

Semper praesumitur mala fides in eo qui emit ab alio in qualitate procuratoris alterius, si mandatum non videt. Argentraeus.

Qui rem alienam vendit, dicitur esse in culpa.

Idem.

Dolus emptoris qualitate facti, non quantitate pretii aestimatur. l. 10. C. 4, 44.

Dolum auctoris bonae fidei emptori non nocere, certi juris est. l. 3. C. 4, 48.

Ante pretium solutum, dominii quaestione mota, pretium emptor solvere non cogitur, nisi fidejussores idonei a venditore ejus evictionis nomine offerantur. l. 18. §. 1. D. 18, 6.

Imprimis ipsam rem praestare venditorem oportet, id est tradere. l. 11. §. 11. D. 19, 1.

Evicta re, ex empto actio, non ad pretium duntaxat recipiendum, sed ad id quod interest, competit. l. 70. D. 21, 2.

In omnibus casibus, si sciens alienam rem vendidit, omnino tenetur. l. 51, 45. D. 19, 1.

Nemo videtur eam rem vendidisse de cujus dominio id agitur, ne ad emptorem transeat.

Viliter emere et care vendere omnes volunt.
Augustinus.

Res empta ex pecunia mea non est mea, nisi meo nomine empta sit.

Nominis venditio, etiam ignorante vel invito adversus quem actiones mandantur, contrahi solet. l. 3. C. 4, 39.

Emptio et venditio praesumitur, ubi fit mentio de pretio.

Emptionis contractus substantiam recipit a pretio.

Emptor, qui litem motam non denunciat venditori, praesumitur dolose id fecisse.

Emptoris non interest, ignorantia venditoris, vel calliditate fallatur. l. 1, 2. D. 21, 1.

Ens.

Non entis nullae sunt qualitates.

Prius est esse, quam esse tale.

Enumeratio.

Exclusa censentur omnia, quae lex enumerando non inclusit.

Enuntiativa.

Enuntiativa probant in antiquis, seu in antiquis omnia praesumuntur rite et solemniter acta.

Verba enuntiativa a testatore prolata creditoribus non praejudicant. Paulus.

Enuntiativa verba in modum causae prolata exceptionem inducunt.

Enunciatio facta a muliere, quod sit vidua, non facit praesumptionem, si de morte mariti aliter non constat.

Enunciativa verba prolata in judicio praesumptionem faciunt pro tertio.

Episcopus.

Episcopi circa nepotes et consunguineos caeci dicuntur.

Epistola.

In his, quae per epistolam geri possunt, per eam inducitur obligatio. Bartholus.

Epistola commendandi magis quam mandandi causa scripta est.

Falsum is committit, qui obsignatas alterius litteras aperit, legit aut alii legendas tradit.

Argentraeus.

Equus.

Equus, si reperitur in meis pascuis, juste possum alimenta petere ab ipsius domino, cum praesumatur in illis depasculasse.

Equi commodatarius non tenetur, si ab alio sine sua culpa sua laesus est. l. 57. D. 9, 3.

Errare.

Errans nemo rem suam amittit. l. 35. D. 41, 1.

Errans non fatetur, nisi jus ignoret. l. 2. D. 42, 2.

Erranti est ignoscendum. l. 16. §. 9. D. 39, 2.

Error.

Error et imperitia excusat, quia errantis nulla est voluntas. l. 20. D. 39, 3.

Error non praesumitur.

Errantis nullus est consensus. l. 18. D. 2, 1.

Error imperitorum non facit jus, secus error communis.

Error jus facit. l. 3 in fine. D. 33, 10.

Errores advocatorum, vel libellos concipientium veritati praejudicare non posse, saepe rescriptum est.

Plerumque sub autoritate juris scientiae perniciose erratur. l. 91. §. 3. D. 45, 1.

Error in syllaba non nocet. l. 54. D. 40, 5.

Error in specie contractus impedit contractum. l. 18. D. 12, 1.

Juris error nulli prodest. Paulus l. 2. §. 15. D. 41, 4.

Error calculi etiam per longum tempus retractari potest.

Jus civile vigilantibus scriptum est, non dormientibus.

Jura vigilantibus subveniunt.

Juste creditur quod communiter creditur.

Error juris non inducit malam fidem.

Bartholus.

Error in jure, non eodem loco, quo facti ignorantia haberi debebit, cum jus finitum et possit esse et debeat, facti interpretatio plerumque etiam prudentissimos fallat. l. 2. D. 22, 6.

Quod non ratione introductum, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non obtinet. l. 39. D. 1, 3.

Errorem quisque suum corrigere potest et jure etiam permissum est.

Errare et decipi turpe ducimus.

In errore facti non distinguuntur damna a compendiis; in errore juris distinguuntur.

Cujacius.

Esse.

Esse in urbe censentur, quae sunt extra urbem custodiae causa. l. 84. D. 37, 5.

Qui cum aliquo esse debet, non tenetur cum eo continue morari. l. 8. D. 35, 1.

Qui non est, sed esse speratur, facit partem. l. 16. D. 30, 1.

Esse in fundo videntur, quae ibi sunt, ut perpetuo sint. l. 78, 2. D. 32, 1.

Esse in fundo videntur, quae majori parte anni fuerunt. l. 18. §. 12. D. 33, 7.

Esse non videntur in loco, quae ibi sunt ad tempus. l. 44. D. 32, 1.

Evictio.

Evictio procedens de plenitudine potestatis imperatoris non officit venditori. l. 11. D. 21, 2.

Evictioni rem suppositam scienter acquirenti nulla redditur actio.

Evicta re ex sui natura non tenetur de evictione promissor.

Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.

Sive tota res evincatur, sive pars, habeat regressum emptor in venditorem. Ulpianus.

Vitium rei venditae post contractum superveniens non parit causam evictionis.

Quando res evincitur facto emptoris, etiam antecedente emptione non tenetur venditor.

Bartholus.

Non dubitatur, et si specialem venditor evictionem non promiserit, re evicta, ex empto competere actionem. l. 6. C. 8, 44.

Evicta re, ex empto actio, non ad pretium duntaxat recipiendum, sed ad id quod interest, competit. l. 70. D. 21, 2.

Non tenetur venditor de futuro casu. l. 11. D. 21, 2.

Non tenetur venditor, si ex persona emptoris vel facto res evicta sit. l. 27. D. 21, 2.

Evidentia.

Nulla est major probatio quam evidentia rei.

Manifesta non egent probatione.

Evocatio.

Magna omnino ratione repertum est, quocum rem habeas, ad dicendam causam in jus evocari, nec ante respondere cogi quam admonitus sit qui convenitur, et tempore ad comparandas defensiones dato. Alioqui futurum est, ut rei immeditati repentino agentium incursu opprimantur. Argentraeus.

Exceptio.

Exceptio opposita a tertia persona, cujus interest, obstat. l. 34. D. 24, 3.

Exceptiones duae contrariae opponi nequeunt, cum una in seipsa est contraria.

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis: si exceptio facit ne liceat, ibi necesse est licere, ubi non est exceptum. Cicero.

Omnis exceptio peremptoria, non impugnans sententiam, sed eam moderans, etiam post sententiam opponi potest.

Inclusio unius est exclusio alterius.

Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.

Juri convenit, ut cui datur actio, ei multo magis detur exceptio.

Dilatoria exceptio in exordio litis proponi debet. l. 12. C. 8. 35.

Reus in exceptione actor est.

Reus excipiendo fit actor. l. 1. D. 44, 1.

Nemo prohibetur pluribus exceptionibus uti, quamvis diversae sint. l. 8. D. 44, 1.

Quae temporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum.

Omnes exceptiones, quae reo competunt, fidejussori quoque, etiam invito reo competunt.

Marcianus.

Actionis verbo non continetur exceptio.

Paulus.

In dolo videtur esse, qui exceptionem proponit quam non probat. Argentraeus.

Rei cohaerentes exceptiones etiam fidejussoribus competunt. l. 7. §. 1. D. 44, 1.

Vindicantem rem quam vendidit, repellit exceptio doli.

Captiosa exceptio nocet excipienti, generalis exceptio permissa est ignoranti, specialis a scienti exigetur.

Excipiendi et poenam petendi jus habens alterutrum eligere debet.

Excipere.

Excipere non potest quis de jure tertii, quod non est exclusivum juris agentis. l. 4. §. 7. D. 8, 5.

Excepit nihil, qui omne dicit. l. 69. D. 32, 1.

Exclusio.

Exclusa censentur omnia, quae lex enumerando non inclusit.

Qui de uno dicit negat de altero.

Excusare.

Excusans se a tutela perdit, quod sibi suisque ea contemplatione relictum est. l. 28. D. 26, 2.

Excusatio.

Vani timoris justa non est excusatio.

Excusationem praestat oneri impar paupertas. l. 40. D. 27, 1.

Excusationem quando electio secum trahit, variatio non permittitur. l. 20. D. 33, 5.

Executio.

Executio juris injuriam non habet. l. 13. §. 1. D. 47, 10.

Executionis tempus potest judex prorogare vel arctare. l. 2. D. 42, 1.

Executor.

Executor dolum et latam culpam praestat.
Argentraeus.

Executores legati ad pias causas, si sunt valde pauperes, pro seipsis vel eorum filiis retinere possunt partem aliquam bonorum distribuendorum pauperibus.

Executor testamenti in electione pauperum potest eligere sanguine sibi coniunctos.

Executores testamenti non possunt bona distribuere in personam filii spurii testatoris.

Exemplum.

Exemplo deterriti delinquunt minus. l. 6. D. 48, 19.

Exemplum exempli non facit fidem.

Rationibus, non exemplis, est judicandum.

Species expressae per modum exempli non restringunt.

Non creditur exemplo, nisi producatur originale, cujus memoria in secundo facta sit.

Quod exemplis tuemur, olim erit inter exempla.

Exercitus.

Disciplinam servare non potest jejunus exercitus. Cassiodorus.

Exheredatio.

Exheredatio, ut valeat, nominatim est facienda. l. 1. D. 29, 2.

Exhaeredato filio, semper praesumptio est, quod injuste sit exhaeredatus, nisi causa ab haerede probetur.

Exhaeredatio est odiosa et ideo non praesumitur bona mente facta.

Exigere.

Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur. l. 67. D. R. J.

Existimatio.

Existimatio est illaesae dignitatis status. l. §. 1. D. 4, 6.

Expensae.

Multa sunt obligatione individua, quae solutione dividuntur. l. 85. D. 45, 1.

Expressa.

Expressa nocent, non expressa non nocent. l. 195. D. de R. J.

Ea, quae sunt moris, pro expressis habenda sunt.

Expressa apud Judices obtinent vim probationis.

Tacitum non plus operari quam expressum.

Extensio.

In prohibitione statuti, non fit extensio de persona ad personam, nec de gradu ad gradum.

De re ad rem non fit extensio.

In materia a jure civili exorbitante, non est facienda extensio ex paritate, ac ne ex majoritate quidem rationis, sed in suis terminis servari debet.

In poenalibus non fit extensio de similibus ad similia, quando poenae imponuntur respectu alicujus personae, etiamsi ipsi casus essent in jure aequiparati.

Extenditur lex ubi est eadem ratio. l. 1. D. 43, 6.

Constitutiones principum sunt stricti juris, nec extendi debent. Cujacius.

Exterus.

Exterus praesumitur ignorare leges illius loci, ubi reperitur.

Extingui.

Extingui, quo casu quid debet, eo incipi non debet. l. 5. D. 33, 2.

Extraordinaria.

Extraordinaria non sunt in consideratione.

Extrema.

Extrema duo considerantur in relatione, unumque dicitur fundamentum, aliud terminus.

Extremis, nempe principio et fine, probatis, media quoque censentur probata.

F.

Facere. Factum.

Qui non facit, quod facere debet, in fraudem facere videtur. l. 4. D. 42, 8.

Facias hoc aliis quod tibi fieri vis. l. 1. D. 2, 2.

Factum infectum fieri non potest. l. 12. §. 2. D. 49, 15.

Facere aliquid justa causa quis non dicitur motus, quando agitur de praejudicio tertii.

Faciens actum contrarium primo, ab illo recedere praesumitur.

Faciens aliquid clam et occulte, quod palam ieri solet, malae fidei censetur.

Faciens in judicio, quod fieri nec debet nec solet, calumniator praesumitur.

Quod fieri non prodest et alteri nocet, fraulis et doli particeps videtur.

Factum aliquid praesumitur in dubio tempore icito, ut evitetur delictum.

Facta non praesumuntur, nisi probentur.

Facti, quae sunt, non praesumuntur.

In facto praesumitur potius error quam dolus.

In facto notorio praesumitur scientia et non xcusat ignorantiam allegare.

Facere contra semet ipsum nemo praesumitur.

Fieri non debuit, factum valet.

Factum suum cuilibet est nocivum.

Non verbis, sed factis standum est.

Generaliter, factum tutoris, factum pupilli.

Factum non videtur, cum superest aliquid gendum. l. 11. in fine C. 6, 35.

Factum suum nemo recte impugnat. l. 27. . 1, 7.

In continenti factum interpretatur, quod fit um aliquo moderato spatio.

Facti questio est in potestate judicantis, jus auctoritas et potestas non item.

Poena a lege statuta non est in potestate judicantis.

Corruptae judicum videntur sententiae, si sint legibus mitiores. Cujacius.

Nemo potest praecise cogi ad factum.

Facinus.

Facinus nocentis impunitum relinqui, satius est, quam innocentem damnari.

Facinori consentire praesumitur, qui ei, cum posset, non ivit obviam.

Facultas.

Ea, quae sunt facultatis et voluntatis, non praescribuntur. Chassanaeus.

Falsum. Falsarius.

Falsi nominis vel cognominis asseveratio poena falsi coercetur, sed nominis mutatio sine fraude, non est illicita.

Nullum falsum, nisi nocivum.

Falsum est, quod animo corrumpendae veritatis, in alterius fraudem dolo malo fit. l. 20. C. 9, 22.

Perpetua est exceptio falsi.

Falsarius semel, semper in futurum praesumitur talis.

Falsitas sive falsum sine dolo committi non potest.

Si est commissa in accessorio, non ex hoc praesumitur commissa in principali.

Falsi crimen est gravissimum, et ideo non praesumitur, nisi urgentes sint coniecturae.

Falsum in re levi et modica non est considerabile.

Fama.

Fama est quod a plerisque aut a majori parte dicitur vel vox totius populi inveterata.

Vera est Baldi sententia, famam non esse per se speciem probationis, sed egere adminiculis et substantia veri et valere ad inquirendum, non ad judicandum, et circa praeparatoria non circa decisoria. Argentraeus.

Fama, quibusdam aliis adminiculis concurrentibus, est ad torturam indicium sufficiens.

Familia.

Familiae nomine veniunt etiam feminae.

Familias conservari publice interest.

Fatuus.

Fatuus dicitur, qui omnino decipit; stultus, qui aliquid sapit.

Favor.

Beneficium legis non debet esse captiosum.

Quidquid in alicujus favorem conceditur, in ejusdem dispendium non est retorquendum.

Beneficiis favendum, non duritiae.

Favorabiliores rei quam actores habentur.

In favorem prolis potius declinamus.

Innocent III.

Favores ampliari et odia restringi oportet.

Favor publicus in omnibus casibus praefertur privato.

Favorabilius quod est, praesumitur.

Feriae.

Occupati circa rem rusticam in forum compellendi non sunt. Ulpianus l. 1. D. 2, 12.

Ea, quae ad disciplinam militarem pertinent, etiam feriatis diebus peragenda. Ulpianus l. 9. D. 2, 12.

Feudum.

Feudum non potest alienari, inconsulto domino, etiam causa necessitatis.

Feudi dominus, si promittit expresse feudatario, non alienare proprietatum feudi, alienatio fieri non potest, etiam in casu permisso.

Feudum concessum a femina in dubio intelligitur concessum etiam pro feminis.

Si est concessum pro se et ejus filiis et de legitimo matrimonio natis, legitimatus per subsequens matrimonium succedit.

Feudum ex pacto et providentia non confitetur sub fideicommisso, nec debet restitui fideicommissario.

Feudi natura est, ut ad suos tantum, non autem extraneos transeat.

Feudo concesso, adiecto pacto, ut nullum

praestetur servitium, alterius natura recessum dicitur.

Feudalis res in dubio non praesumitur, sed libera et allodialis.

Feudali existente bonorum parte majori, de aliis eadem est praesumptio.

In feudo ex pacto et providentia filius non repraesentat patrem.

Fictio.

Fictio cum praesumptione concurrere non potest.

Fictiones duae quia sunt tanquam duo specialia, simul esse non possunt, ac praesumptio simul esse potest cum una specialitate.

Tantumden operatur fictio quam veritas in casu vero.

Fictio debet tantum porrigi ad id, quod per rerum naturam non est impossibile. Glossa in l. 3. D. pro socio.

Legis est fictiones introducere, non hominis.

Fideicommissum.

Iniquum est, ad fideicommissarium damnum pertinere, ad quem augmentum non pertinet. l. 33. D. 36, 1.

Non ex sola scriptura, sed ex conscientia voluntati defuncti satisfaciendum est. l. 2. C. 6, 42.

Clari et aperti juris est in fideicommissis posteriores voluntates esse firmiores. l. 19.

Regulariter traditur, ea, quae in testamento

relinquuntur, si ex testamento non adeatur hereditas, non valere. l. 15.

In fideicommissis non fit extensio de casu ad casum, et minus de persona ad personam.

Fideicommissum non potest constitui in legitima filii, cum ab ea omne onus detrahi debeat.

Fideicommissum si sit relictum familiae pro conservatione, feminae excluduntur, quae familiam conservare non possunt, nec continentur monachi et alii religiosi, nec illigitime nati.

Fideicommissa facile everti non debent.

Relictum a matre filiis post mortem patris debetur, si filius fuit a patre emancipatus.

Fideicommisso gravatus, fructus, pendente conditione, suos facit.

Fidejussor.

Fidejussio sine stipulatione non consistit.

Fidejussionis contractus stricti juris est.

Fidejussor praesumitur fidejussisse pro causa, pro qua in actu praecedenti fuit contractum.

Fidejussori solventi et actiones sibi cedi petenti, si ante solutionem perfectam id faciat, cedi debent.

Fidejussore dato de conservanda vel restituenda dote, fingitur intervenisse stipulatio.

Fidejussores in judicio a tutoribus nominati, si praesentes non contradicant, tenentur atque si stipulatio interposita fuisset.

Fideijussor praesumitur, qui promisit restituere depositum apud aliquem factum.

Fiscus non solet satisdare. Ulpianus l. 1. §. 18. D. 36, 3.

Non potest pro eodem apud eundem quis mandator esse. l. 71. pr. 46, 1.

Omni obligationi fidejussor accedere potest. l. 8. §. 6. ibid.

Satisfactio (id est, datio fidejussoris) pro solutione est.

Non est ambigui juris, reo electo et solvente, fidejussorem liberari.

Fidejussores ita obligati non sunt, ut plus debeant quam debet is, pro quo obligantur. — Nam eorum obligatio accessio est principalis obligationis. §. 5. Inst. 3, 20.

Excusatur fidejussor, si res esset etiam penes creditorem peritura.

Rei cohaerentes exceptiones etiam fidejussoribus competunt. l. 7. §. 1. D. 44, 1.

Peracto locationis tempore, non tenetur fidejussor, nec alterius pignus. Accursus.

Fidejussor non potest in plus obligari, re, vel loco, vel tempore, vel causa; sed potest arctiori vinculo teneri quam reus principalis.

Si quis, postquam, tempore transacto, liberatus est, fidejussorem dederit, fidejussor non tenetur: quoniam erroris fidejussio nulla est. l. 37. D. 46, 1.

Fidejussor antequam reus debeat, conveniri non potest. l. 57. D. ibid.

Non possunt conveniri fidejussores, liberato reo transactione. l. 68 in fine D. ibid.

Fidejussores ab eo non petendi, cujus fidem sequi defunctus maluit. Papinianus l. 26. §. 1. D. 36, 2.

Sciendum est, non plus fidejussorem consequi debere mandati judicio, quam quod solverit.

Maleficiorum fidejussor accipi non potest. Cajus l. 70. §. 3. D. 46, 1.

Fidelitas.

Fidelitas, a vasallis domino jurata, dicitur corresspectiva cum pacto et promissione domini de observandis juribus subditorum.

Fidelitatis et homagii reservatio feudum arguit.

Fides.

Fides Catholica sicut perficitur consensu intellectus cum consensu voluntatis, sic haeresis consumatur dissensione intellectus et consensu voluntatis.

Fidem, qui semel non servat, praesumitur, quod nec etiam in posterum sit observaturus.

Fides a probatione proveniens magis certa est et praevalet.

Bona fides exigit, ut, quod convenit, fiat. l. 21. D. 19, 2.

Grave est fidem fallere. l. 1. pr. D. 18, 5.

Fidem frangenti fidem servare necesse non est.

Bona fides non patitur, ut bis idèm exigatur. l. 67. D. 50, 17.

Bonae fidei non congruit de apicibus juris disputare. Ulpianus l. 29. §. 4. D. 17, 1.

Non oportet eum, qui certi hominis fidem elegit, ob errorem aut imperitiam heredum affici damno. Papinianus l. 37. in fine ab.

Fdem ejus secutus es, ergo et domicilium sequi debes.

Error juris non inducit malam fidem.

Bartholus.

Ubi lex inhibet usucapionem, bona fides possidenti nihil prodest. Pomponius.

Certum est, malae fidei possessores omnes fructus solere cum ipsa re praestare, bonae fidei vero exstantes, post autem litis contestationem universos. l. 22. C. 3, 32.

Multorum fides potior est, nec tam facile accusari potest. Argentraeus.

Semper praesumitur mala fides in eo, qui emit ab alio in qualitate procuratoris alterius, si mandatum non videt. Idem.

Bona fides subesse non potest, cum restitutionis probatio iniquitatem detegat contrahentis.

Filius. Filia. Filiatio.

Filius potest esse arbiter in casu patris. l. 6. D. 4, 8.

Filiatio non potest plene probari. l. 82. D. 35, 1.

Filiatio probatur ex confessione et nominatione facta.

Filiationis quasi possessio satis probata dicitur, si testes affirment, hunc reputari et tractari a patre pro filio.

Confessio incidenter et ob aliud emissa praesumptionem quasi possessionis aut effectum filiationis non facit.

Filiatio vere et proprie non potest probari, et cum sit quid facti, non praesumitur et qui se filium asserit, probare debet.

Filia non potest petere a patre alimenta, quando aliunde illa suscipit.

Nubendo inscio patre dicitur ipsi injuriam facere.

Filiam dotare est necessitas legalis, quae naturali aequiparatur.

Filiae, ut nubat, persuadens pater, affectu paterno potius, quam dolo praesumitur persuasisse.

Filius inproprie dicitur, quem justae nuptiae demonstrant.

Filius dicitur portio corporis patris sui.

Filiorum appellatione non continentur filiae secundum sermonis proprietatem, sed per extensionem ex mente praesumpta testatoris.

Filium esse legitimum non est natura, sed a jure ipso positivo.

Filius quidquid acquirit, ita acquirit patri, ut nec momento quidem dominium remaneat apud filium.

Filius familias sine patris consensu in judicio

esse non potest. Et non potest donare causa mortis, nisi pater consentiat.

Filium a viro frigido vel impubere generatum esse, lex non praesumit.

Filiorum nomine continentur nepotes in dispositione legis, non hominis.

Filios naturales et spurios, inspecta aequitate canonica, pater hodie alere tenetur.

Filii plerumque similes parentibus creduntur.

Filius non potuit gravari, qui non fuit honoratus.

Filius adoptivus in dispositione favorabili nihil differt a legitimo naturali.

Filius, amplectens matrem etiam prostratam, praesumitur singularis benevolentiae gratia id fecisse.

Filii arrogati propius accedunt ad naturam legitimatorum quam adoptati.

Fines.

Finium mutatio non praesumitur, et ubi olim fuerunt termini, ibidem et nunc esse censentur.

Non praesumuntur fines antiqui mutati, nisi probetur. Baldus.

Fiscus.

Fisco praefertur privatus prior creditor. l. 8. D. 20, 4.

Fisco ne gabellas solvat, concessum privilegium non transit ad gabellae conductores.

Agente de lucro captando, adversus priva-

tum de damno certantem, judicatur in dubio contra fiscum.

Ex causa onerosa contra privatum de causa lucrativa, pro fisco praesumptio est et pro eo judicandum.

Contendente cum muliere causa dotis, in dubio pro dote pronunciandum.

Non puto delinquere eum, qui in dubiis quaestionibus contra fiscum facile responderit.

Raro bona causa fisci sub bono principe.

Fiscus non solet satisdare. Ulpianus l. 1. §. 18. D. 36, 3.

In aliena calamitate (naufragorum) fiscus jus non habet, ut de re tam luctuosa compendium sectetur. l. 1. C. 6, 5.

Flagitium.

Si flagitii faciendi vel facti causa concepta sit stipulatio, ab initio non valet. Papinianus l. 123. D. 45, 1.

Fluvius.

In fluvio publico piscatus longo tempore non praescribit. l. 45. D. 41, 4.

Forensis.

Forensis, licet is non sit, qui in loco natus est, pro tali tamen ficte habetur, si in eo loco onera non sustinet.

Forensis, si ex dispositione statuti est incapax immobilium civitatis, sibi debetur aestimatio rei immobilis legatae.

Forma.

Formam quod non habet non dicitur factum. l. 80. §. 13. D. 35, 2.

Mutata forma prope interemit substantiam rei.

Solemnitas extrinseca non praesumitur, nisi probetur. Bartholus.

Forum.

Forum conscientiae solam attendit veritatem.

Fori antiqua praxis est sequenda, et ab ea non recedendum.

Femina.

In multis juris articulis deterior est conditio feminarum quam masculorum. l. 9. D. 1, 5.

Major dignitas est in sexu virili. l. 1 pr. D. 1, 9.

Plerumque feminae etiam adversus commoda propria invenitur laborare consilium. l. 4. C. 5, 1.

Femina non praesumitur odio habere sexum suum.

Foenus.

Foeneratores multi in suis testamentis solent relinquere piis locis ut significent, se malos non fuisse.

Foenus exercuisse nemo praesumitur.

Ut praesumatur, sufficit plus acceptum quam datum esse.

Foenus exercere, qui non erubescit, nec etiam pejerare erubescet.

Magistratus foenus exercere prohibentur, ut turpe et indignum. Argentraeus.

Frater.

Fratris nomine non venit soror.

Fratres ad mutuum auxilium compositi videntur.

Frater institutus a fratre, si sit gravatus alii restituere, non subintelligitur in eo tacita conditio, si sine filiis decesserit, quia in eo cessat coniectura pietatis, et quia frater non tenetur fratrem instituere sicut pater.

Frater utrinque coniunctus excludat consanguineum in causa intestati.

Fratres duo, possidentes bona paterna tanquam divisa per decennium, praesumuntur ab initio divisisse.

Habitantes simul, patre vivo, non praesumuntur societatem iniisse.

Fraus.

Non refert quod nomine res veletur, dummodo subsit veritas.

Inter proximos et propinquos fraus facile praesumitur.

Nimia praecautio dolus.

Omnis affectatio, dolus; dolosis autem malitia sua lucrosa esse non debet, nec cuiquam fraus sua patrocinari.

Ab omni negotio fraus abesto.

Nemo tam supinus est, ut scribi patiatur quae fraudulenter fecit. Argentraeus.

Dolum perspicuis indiciis probari convenit.

Quidquid sit in fraudem creditorum, nullius est momenti.

Generaliter, cum de fraude agitur, non quid habet actor, sed quid per adversarium habere non potuit, considerandum est. Papinianus.

Subsistente materia fraudis et suspicione, quanto plures cautelae et circuitus adhibentur, tanto a simplicitate veritatis et bonae fidei receditur, et fictionis suspiciones multiplicantur: ubi enim abundantior cautela, ibi evidentior fraus. Molinaeus.

Quoties in fraudem legis fit alienatio, non valet quod actum est.

Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt et consentiunt. l. 145. D. 50, 17.

Non praesumitur fraus et simulatio, ubi inter eosdem, alia aperta via, idem fieri potuit.

Molinaeus.

Falsum est, quod animo corrumpendae veritatis, in alterius fraudem dolo malo fit.

In fraudis interpretatione non eventus duntaxat, sed consilium spectatur.

Majoribus etiam per fraudem vel dolum vel perperam sine judicio factis divisionibus solet subveniri.

Actionem dabo adversus eum, qui fraudem fecit, et cum eo, qui fraudem non ignoraverit.

Frigiditas.

Frigiditas coniugum ex triennali cohabitatione praesumitur.

Fructuarius.

Fructuarius causam proprietatis deteriorem facere non debet. l. 13. D. 7, 1.

Omnis fructus rei ad fructuarium pertinet; quidquid inde percipi potest, ipsius fructus est. l. 7, 9, 58 ibid.

Stantes fructus ad fructuarium pertinent. l. 27 ibid.

Fructus.

Fructui inest usus, usui fructus deest. l. 15. D. 7, 8.

In fructu hominis homo esse non potest. l. 68 pr. ibid.

Fructus et partus futuri recte emuntur.

Attamen politia prohibet viridium segetum emptionem.

Fructus pendentes pars fundi habentur.

Omnis fructus non jure seminis, sed jure soli percipitur.

Superficies solo cedit. l. 25 pr. D. 22, 1.

Fructus a solo nondum separati faciunt partem fundi et cum solo possunt vindicari. Priusquam enim fructus a solo separentur, non proprie fructus sunt, sed pars fundi.

Fructus naturales ejus sunt, qui jus fruendi

habet eo tempore, quo a solo separantur. Separantur autem, cum sunt maturi. Argentraeus.

Protinus a matrimonio et statim, quam maritus esse et dici potuit, fructus ei tribuuntur. Idem.

Quidquid in fundo nascitur, quidquid inde percipi potest, ipsius fructus est. l. 7. D. 7, 1.

Hoc fructuum nomine continetur, quod justis sumptibus deductis superest. l. 1. C. 7, 51.

Fuga. Fugitivus.

Fugitivus is censetur, qui ad fugam se praeparat.

Qui fugit, videtur esse in loco, a quo fugit. l. 8. D. 32, 1.

Fugere.

Fugiens a fundo ante vim illatam non dicitur vi pulsus. l. 9. D. 4, 2.

Fundamentum.

Sublato fundamento corruit aedificium.

Sublato principali, nec ea, quae sequuntur, locum habent.

Fundus.

Fundi nomine continentur dolia, molae olivariae et praelum, cum fundo sint infixa.

Fundum, idem est dicere, quod et totum fundum, cum non possint partes separari.

Alia est aestimatio possessionis, alia fundi, seu proprietatis. Bartholus.

Scienti alienum solum esse, potest objici culpa, quod aedificaverit temere in solo, quod intelligeret alienum esse.

Fur.

Furem scienter receptans punitur poena furti, dubio autem secus.

Furtum sine affectu furandi non committitur. l. 37. D. 41, 3.

Fur semper est in mora, ideoque ad eum semper spectat periculum interitus.

Furiosus.

Furiosus non potest desinere animo possidere. l. 27. D. 41, 2.

Furiosus si testamentum ante furorem factum frangat, non rumpitur ipsum testamentum. l. 20. D. 28, 3.

Furor.

Furor nuptias impedit, factas vero non infirmat.

Furor interveniens non rumpit testamentum ante furorem conditum.

Observandum est, quod ille, qui asserit actum aliquem ab insano et furioso confectum fuisse, debet probare praecise, quod tempore confecti actus is laboraret eo morbo. Mascardus.

Furtivum.

Quod ex re furtiva redigitur, furtivum non esse nemini dubium est. Ulpianus.

Partus rei furtivae pars non est. l. 10 in fine D. 41, 3.

Pretium rei furtivae non est furtivum.
Argentraeus.

Futurum.

Verba praesentis temporis non porriguntur ad futura. Bartholus.

Futura judicamus et metimur ex praeteritis.

G.

Gabella.

Gabellam conducens a civitate, quae immunis est in rebus a se emptis, non habet jus exigendi ab ipsa.

Genus.

Genera non pereunt.

Generi per speciem derogatur.

Glossa.

Glossae autoritas probabilis, non necessaria.

Gratia.

Jungat aequalis gratia, quos junxit aequalis natura. Ambrosius.

Indulgentia infamiam criminis non tollit, sed poenae gratiam facit. l. 3. C. 9. 43.

Non remitti poenam facile, publice interest, ne ad maleficia temere quisquam prosiliat. l. 14. C. 9, 47.

Gutta.

Gutta cavat lapidem non vi sed saepe cadendo.

H.

Habitare. Habitatio.

Habitare qui tenetur, non sufficit, si semel vel bis habitet, sed frequentia et perseverantia requiritur.

Haeres. Haereditas.

Nemo haeres invitus: sufficit abstinuisse.

Si nemo haereditatem adierit, nihil valet ex his, quae testamento scripta sunt. l. 9. D. 26, 2.

Haeres inventarii beneficio non tenetur ultra vires haereditarias.

Haeres censetur cum defuncto una eademque persona.

Qui semel est haeres, non desinit esse haeres, sed perpetuo haeres manet.

Poenae ab haeredibus peti non possunt, si non est quaestio mota vivo eo, qui deliquit.

Omnes populares actiones neque in haeredes

dantur neque supra annum extenduntur. Ulpianus l. ult. D. 47, 23.

Non debeo melioris conditionis esse, quam auctor meus, a quo jus in me transit.

Haereditas adita non est amplius haereditas, sed patrimonium haeredis.

Beneficium restitutionis transit ad haeredes.

Bartholus.

Haeres potest conveniri, ubi proprium habet domicilium.

Tempus negligentiae auctoris conjungitur cum negligentia successoris. Idem.

Coeptam usucapionem a defuncto posse et ante aditam haereditatem impleri, constitutum est. Neratius.

Turpia lucra sunt ab haeredibus extorquenda, licet crimina extinguantur.. l. 5 pr. D. 3, 6.

Quod fraude haeredis praesumpti donator fecit, non prohibetur haeres, quantumlibet acceptata haereditate, oppugnare. Argentraeus.

Capacitas haeredis spectari debet morte, id est, delatae haereditatis tempore. Idem.

Haereditas pacto neque dari, neque adimi potest.

Iniquum est, ut quibus competit aequa successio, alii abundanter affluant, alii paupertatis incommodis ingemiscant. Ambrosius.

Haeredem ejusdem potestatis jurisque esse, cujus fuit defunctus, constat de regulis juris antiqui.

Omnia fere jura haeredum perinde habentur,

ac si continuo sub tempore mortis haeredes exstitissent. l. 193. D. 50, 17.

Nec emere nec donatam assequi, nec damnosam quisque adire haereditatem compellitur. l. 16. C. 6, 30.

Ex conducto ad haeredem actionem transmitti, palam est. l. 19. §. 8. D. 19, 2.

In optionibus cum semel dixerit haeres, utrum dare velit, mutare sententiam non poterit.

Ab haerede vendita haereditate, separatio frustra desiderabitur, utique si nulla fraudis suspicio incurrat, nam quae bona fide medio tempore per haeredem gesta sunt, rata conservari solent. l. 2. D. 42, 6.

Justum est, ut quos propinquitatis natura consociat, haereditariae successionis ordo non dividat.

Non valet pactum de haereditate viventis, nisi ipse voluntatem suam eis accommodaverit et in ea usque ad extremum vitae spiritum perseveraverit. l. 30. C. 2, 3.

Si quid inter cohaeredes perperam vel inaequaliter factum esse constiterit, in melius reformari debet.

Res haereditariae omnium heredum communes sunt. Paulus l. 4. D. 47, 19.

Ex sola repraesentatione nemo quoad extraneos obligatur, genitoris sui haereditate abstinet nepos, recte et avi et patrui successor est, negata paternis creditoribus actione.

Cum quis debitori suo haeres exstiterit, con-

fusione creditor esse desinit; sed si vendiderit haereditatem, emptor haereditatis vicem haeredis obtinet. l. 2. §. 18. D. 18, 4.

Si is, qui haereditatem vendidit, et emptori tradidit, quod sibi mortuus debuerat, non retinuit, repetere potest, quia plus debito solutum per condictionem recte recipietur. l. 45. D. 12, 6.

Hanc legem pepetuo tene, quae dicit, quod, sublato filio de medio, nepos succedit loco filii. Bartholus.

Corvina conventio est, pacisci de viventis haereditate, eo ignorante. Gothofredus.

Improbus est is, qui sollicitus est de vivi haereditate. Ulpianus l. 2. §. 2. D. 28, 6.

Haeres sub inventarii beneficio vere haeres est, et tam saisitum se dicere potest quam alii haeredes. Argentraeus.

Uni haeredi contra alium nulla actio dari potest de eo, quod facto communis auctoris accidit, nec lege ulla inducitur. Idem.

Haereditas propria dicitur ante aditam haereditatem, post aditam patrimonium fit haeredis. Gothofredus.

Pro herede, quod conditionis implendae gratia accepit, non possidetur. l. 13, §. 6. D. 5, 3.

Haeres praesumitur magis dilectus a testatore quam legatarius.

Haeredis institutionem faciens censetur testari voluisse, non autem codicillari.

Institutio dicitur caput et fundamentum testamenti.

Haeredes plures instituti in re certa aequaliter praesumuntur instituti.

Haeres in dubio, censetur gravatus a testatore praestare legata et eo defuncto adita haereditate, ipsius haeres.

Haeredem habere honor est non modicus.

Haeredum suorum nomine pacisci et stipulari, quis praesumitur.

Haereditatem adire is dicitur, qui verbis declarat, se haeredem esse, pro haerede vero is se gerit, qui factis se haeredem declaravit.

Haereditatis aditio est quid facti, et ob id non praesumitur.

Haereditas dari non potest nec ex tempore nec ad tempus.

Non potest pro parte acceptari et pro parte repudiari, cum de ipsa haereditate agitur.

Haeresis. Haereticus.

Haereses licet specie sint diversae, habent tamen connexitatem quandam, ut una ab altera dependere videatur.

Haeresim unam qui semel abjuravit, si in aliam deinde diversae speciei labatur, relapsus dicitur.

Hodie.

Hodie mihi, cras tibi.

Homicidia.

Homicidium praesumitur potius casu commissum et fortuito quam data opera.

Homicidas existimari oportet non eos solum, qui vitam adimunt, sed et eos, qui omnia faciunt palam aut clam, ut quemquam interimant, etiamsi facinus ipsum nondum commiserint. Grotius.

Homo.

Homines sua natura sunt sanae mentis.

Hominem sui natura esse bonum, probatur jure Pontificio et Caesareo.

Homo, sicut regulariter bonus praesumitur, vitio quoque carere censetur.

Impellitur ratione ad bonum, sensu autem impellitur ad malum.

Praesumitur memor suae salutis et quod Deum timeat et ecclesiam Dei laedere nolit.

Praesumitur salutis aeternae memor, praesertim quando in extremis laborat.

Memor salutis aeternae praesumitur, quando agitur de praejudicio tertii, etiam si in extremis laboret.

Regulariter praesumitur religionis Christianae observator, non autem haereticus.

Praesumitur in dies suo labore et industria effici ditior et locupletior.

In dubio non praesumitur baptizatus.

Praesumitur hodie scire, quae antea scivit.

Non dicitur sibi natus, sed patriae et reipublicae membrum appellatur.

Homines sunt ad discendum faciles.

Homines natura liberi nascuntur.

Hominis voluntas consistit in verbis, sicut facies in speculari.

Homines sui natura possunt generare et matrimonium contrahere.

Honestum.

Quaedam tametsi honeste accipiantur, inhoneste tamen petuntur. Ulpianus l. 1. §. 5. D. 50, 13.

Non omne, quod licet, honestum est, attamen, ubi non est lex, nec praevaricatio. Paulus.

Honestum quod est, magis est praesumendum, quam quod est inhonestum.

Honores.

Honoribus publicis fungens praesumitur vir bonus et summae integritatis, et ea, quae agit, summa fide agere.

Hostis.

Adversus hostes publicos licet dolum committere. l. 1. §. 3. D. 4, 3.

Transfugae nullum postliminium est, nam qui malo consilio et proditoris animo patriam reliquit, hostium numero habendus est. l. 19. §. 4. D. 49, 15.

Ea, quae ex hostibus capimus, jure gentium statim nostra sunt.

Hostes patriae non debent gaudere privilegiis et beneficiis patriae.

Hypotheca.

Qui prior est tempore, potior est jure.

Hypotheca est tota in toto et in qualibet parte, tanquam indivisibilis.

Qui hypothecam habet, rem ipsam habere videtur.

Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, rem ipsam habere videtur. l. 15. D. 50, 18.

Aut cedat aut solvat.

Hypotheca est obligationis filia. Argentraeus.

Eadem hypotheca, idem pignus et jus omne, quod in ipso pignore habuit prior creditor, transiisse in posteriorem intelligitur. Cujacius.

Hypothecae generalis electione non tollitur specialis.

I.

Jacere.

Jacens non praesumitur velle congredi.

Jactae.

Jactae res in naufragio non fiunt accipientis. l. 2. D. 14, 2.

Jactare.

Jactare suum nemo praesumitur.

Idem.

Idem agens et patiens esse non potest.
Argentraeus.

Idoneus.

Jura loquentia de personis loquuntur de idoneis.

Ignarus.

Ignarus dicitur, qui adversus communem opinionem judicat.

Ignavia.

Ignaviam praetendentes audiri non oportet. l. 78. §. 2. D. de leg. 2.

Ignobilis.

Ignobilis sive popularis quilibet praesumitur.

Ignorantia.

Error imperitorum non facit jus, secus error communis.

Parcitur justae ignorantiae, non scienti aut ei, qui scire debuit.

Ignorantia praesumitur, ubi scientia non probatur.

Non potest supine ignorari, quod publice notum sit. Argentraeus.

Juris ignorantia cuique nocet, non facti.

Pessimum genus ignorantiae, ignorare, quod omnes intelligunt.

Imperitiae tribuitur ignorasse aut non intellexisse, quod omnes sciunt; non vidisse, quod omnes vident.

Ubi non ignorantia, sed nostra ignavia aut

cupiditas errati causa est, ibi ignorantia non excusat.

Nemo censetur ignorare legem.

Qui cum alio contrahit legem, non debet esse ignarus conditionis ejus, quocum contrahit.

Inscitia omnis arrogantiae mater est.

Ignorans et errans non censetur consentire.

Ignorare plus est quam errare, cum ignorantia nullam, error vero aliquam scientiam supponat.

Illicitum.

Danti operam rei illicitae imputantur omnia, quae sequntur praeter voluntatem suam.

Panormus.

Immobile.

Actio ad mobile consequendum mobilis est, ad immobile immobilis.

Immobilia censentur etiam redditus et pensiones annuae, dummodo perpetuae sint.

Immunis.

Immunis a collectis, si ea solvit coacte, non sibi praejudicat.

Immunis a muneribus, si patitur se describi in aestimo et catastro, praesumitur suo beneficio renunciasse.

Immutabilia.

Immutabilia sunt rerum vocabula, hominum vero mutabilia.

Impedimentum.

Impedimenti causa cessante, cessare debet et impedimentum.

Impensae.

Omnis litigator victus debet impensas. Ex. leg. 5. C. de fruct. et lit. imp.

Impensae necessariae sunt eae, quae, si factae non essent, res aut peritura aut deterior futura sit. l. 79 pr. D. 50, 16.

Generaliter dicendum est: Quidquid (quis) impendit in rem, si modo sine dolo malo impendit, repetere eum posse. Ulpianus l. 9. §. 4. D. 42, 5.

Impensa facta in domo praesumitur facta a marito, qui tenetur ferre onera matrimonii.

Impensis ad perpetuam rei utilitatem factis respectus habetur ad id, quod res de praesenti valet.

Imperatur.

Licet lex imperii, solennibus juris imperatorem solverit, nihil tamen tam proprium imperii est, quam legibus vivere. l. 3. C. 6, 23.

Imperfectum.

Imperfecta plura non faciunt unum perfectum.

Imperium.

Imperiosissimum rogandi genus, cum, qui imperare potest, rogat. Plinius.

Par in parem nullum habet imperium.

Prior auctoritas imperantis quam utilitas servientis.

Impetrans.

Impetrans rescriptum, non expressis his, quae movere potuissent principem ad non concedendum, praesumitur voluisse circumvenire et decipere ipsum principem, et sic dolus censetur.

Imperitia.

Nemo debet suscipere id, in quo novit, suam imperitiam vel imprudentiam alteri damnosam fore.

Imperitia dolus est, et culpae adnumeratur.

Imperitiae tribuitur ignorasse aut non intellexisse, quod omnes sciunt; non vidisse, quod omnes vident. Argentraeus.

Imperitiae artificis non succurritur, quia unusquisque peritiam in arte sua praestare debet.

Quamobrem, si quis per imperitiam in arte sua alicui nocuerit, tenebitur.

Impossibile.

Iniquum est, ut id exigas, quod ipse praestare non possis.

Impossibilis conditio pro non scripta habetur.

Impossibilium nulla obligatio: neque ad impossibile tenetur.

Despice, ne sit parum providum sperare ex aliis, quod ipse non praestes. Bacon.

Impossibile est idem esse simul et non esse.

Impossibile praeceptum judicis nullius est momenti. l. 2. D. 49, 8.

Improbitas.

Improbitate ex sua nemo consequitur actionem. l. 12. D. 47, 2.

Impropriatio.

Impropriatio duplicata jure non recipitur.

Improprietas.

Improprietates restringi, non autem extendi debent.

Impubes.

Impubes potest trahere sponsalia, non autem matrimonium.

Impubes potest filios procreare, malitia supplente aetatem, et puer novem annorum nutricem suam gravidam reddidit.

Inauditus.

Divi Severi et Antonini magni rescriptum est, ne quis absens puniatur. Et hoc jure utimur, ne absentes damnentur; neque enim inaudita causa quemquam damnari aequitatis ratio patitur. Marcianus.

Nemo rebus suis interdictus existimetur, nisi auditus. Argentraeus.

Inauditum damnare non licet.

Incapacitas.

Quos lex capere vetat, eosdem usucapere prohibet.

Incapaces nec numerum nec caput nec partem faciunt, sed in totum pro non extantibus habentur.

Incendium.

Incendii tempore impune possum alienas domos evertere, ne meae pereant. l. 49. §. 1. D. 9, 2.

Plerumque incendia culpa fiunt habitantium. l. 3. §. 1. D. 1, 15.

Praesumitur commissum culpa inhabitantium.

Etsi inhabitantium culpa commissum praesumitur, nemo tamen ad emendationem damni tenetur, si de persona determinata non constet.

Ignis est innocentissimus.

Incendium non ei tantum imputatur, qui facem intulit, sed et ei, qui prohibere cum posset, omnino noluit.

Incendium aere alieno non exuit debitorem. l. 11. C. 4, 2.

Incertus.

Incertam partem nemo possidere potest. l. 32. §. 2. D. 41, 3.

Inclusio.

Inclusio unius non est exclusio alterius, ubi eadem est utriusque ratio.

Incola.

Cives origo, incolas domicilium facit.

Incontinentia.

Si solutio simpliciter facta sit, cessio juris debet fieri incontinenter.

Quae eodem aut postero die fiunt, prope modum ipsi contractui inesse videntur.

Argentraeus.

Incontinenti factum interpretatur, quod fit cum aliquo moderato spatio.

Indebitum.

Indebitum scienter solvens, praesumitur donare.

Indicia.

Indicia certa, quae jure non respuuntur, non minorem probationis quam instrumenta continent fidem.

Individuum.

Si conventum est, ne omnino divisio fiat, hujus modi pactum nullas vires habere, manifestissimum est. Paulus.

Multa sunt obligatione individua, quae solutione dividuntur.

Etsi non omnes, qui rem communem habent, sed certi ex his dividere desiderant, hoc judicium inter eos accipi debet. l. 8 pr. D. 10, 3.

Infamia.

Non ex sola probatione delicti irrogatur infamia, sed ex sententia, quae super probatione fertur. Argentraeus.

Infamibus portae non pateant dignitatum.

Infamiae poena est gravior, quam poena mortis.

Infamem Pontifex scienter ordinando famae restituere praesumitur.

Infamiam pro caeteris evitare velle quilibet praesumitur.

Infans.

Infante nato in navi pensio non debetur. l. 19. §. 7. D. 19, 2.

Infans dicitur, qui nondum loquitur. Infans dicitur minor septennio. Chassanaeus.

In minore infante non est dolus.

Ingratitudo.

Ingratitudinem sequitur impudentia, quae ad omnem turpitudinem dux est.

Ingratus nemo praesumitur, praesertim erga parentes. In hujus modi vitio necessaria est liquida et clara probatio, cum sit vitium valde grave.

Ita natura comparatum est, ut antiquiora beneficia subvertantur, nisi illa posterioribus cumules; nam si quid neges, id solum meminerit, quod negatum est. Plinius jun.

Ingratis servire nefas.

Inhabilitas.

Inhabilem Princeps promovens dispensare creditur.

Inimicitiae.

Inimicitiae effectus per reconciliationem de recenti non censetur sublatus.

Inimicus exiens de domo, occisi gladio destricto cruentoque homicida praesumitur.

Inimicus praesumitur omnia facere, quae potest, ut inimico noceat; et ideo, si in fundo suo aliquid facit, quod inimico noceat, dolose fecisse praesumitur.

Iniquitas.

Quoties ab iniquitate dispositio separari potest, ea sumenda est interpretatio, quae minus habeat iniquitatis.

Repentini casus iniquitas per conjecturam paternae pietatis emendanda est.

Injuria.

Deorum injurias diis curae esse.

Peccata nocentium nota esse et oportet et expedit. Paulus l. 18 pr. D. 47, 10.

Inspecta calumniatoris qualitate, injuriarum gravitate, pondere et atrocitate aliisque circumstantiis, poena est infligenda.

Volenti non fit injuria.

Revocatio injuriae seu palinodia, non excusat injuriantem, quominus in aestimationem injuriae quoque possit condemnari.

Injuriarum actio haeredi non competit.

Si viro injuria facta sit, uxor non agit, quia defendi uxores a viris, non viros ab uxoribus, aequum est. Paulus.

Injuriarum aestimatio, non ad id tempus, quo judicatur, sed ad id, quo facta est, referri debet. Javolenus.

In omni injustitia permultum interest, utrum perturbatione aliqua animi, quae plerumque brevis est et ad tempus, aut consulto et cogitato fiat injuria. Cicero.

Injuriam hic damnum accipiemus culpa datam ab eo etiam, qui nocere noluit. l. 5. §. 1. D. 9, 2.

Infeliciores sunt, qui faciunt, quam qui patiuntur injuriam. Seneca.

Injuriam et mulctam pupillo debitam gratis remittere tutor non potest, pater potest. Faber.

Remissa injuria recoli non potest. l. 11. §. 1. D. 47, 10.

Ut beneficium insequenti injuria rescinditur, ita injuria insequenti reconciliatione extinguitur. Seneca.

Ante omnia, universi advocati ita praebeant patrocinia jurgantibus, ut non ultra, quam litium poscit utilitas, in licentiam conviciandi et male dicendi temeritatem prorumpant. Agant, quod causa desiderat, temperent se ab injuria. Nam

si quis adeo procax fuerit, ut non ratione sed probris putat esse certandum, opinionis suae imminutionem patietur; nec enim connixentia commodanda est, ut quisquam, negotio derelicto, in adversarii sui contumeliam aut palam peragat, aut subdolose. L. 1. 6, 8. C. 2, 6.

Injuriam, qui semel remisit, in futurum quoque remisisse praesumitur.

Remittens laesus non praesumitur damna et expensas remisisse.

Nisi tamen remissio facta sit plenissime.

Innocentia.

Innocens quilibet praesumitur et sine vitio.

Innovatio.

Lite pendente, nil innovetur. Omnia in suo statu esse debent, donec res finiatur. Mornacius.

Innovantes regimina et administrationes civitatis, habent praesumptionem contra se et suspicione non carent.

Insania.

Observandum est, quod ille, qui asserit actum aliquem ab insano et furioso confectum fuisse, debet probare praecise, quod eo tempore confecti actus is laboraret eo morbo. Mascardus.

Insani saepissime sane loquuntur.

Insania appellatur phrenesis, quae tunc esse, dicitur, quando continua dementia esse incipit aut cum aeger, quamvis adhuc sapit, quasdam tam varias imaginationes accepit.

Insignia.

Insignia et arma insculpta in ecclesia praesumptionem faciunt, quod bona fide quis sit in possessione juris patronatus.

Insolita.

Insolita suspicionem arguunt.

Instantia.

Instantia nova incipit a litis contestatione.

Instituta.

Non omnium, quae a majoribus nostris instituta sunt, ratio reddi potest. l. 20. D. 1, 3.

Institutio.

Institutio facta de nepote in casum mortis filii extenditur ad casum, si filius patietur interdictum aquae et ignis vel si emancipetur.

Institutio facta de posthumo nascituro post mortem testatoris, trahitur ad casum, si is posthumus nascatur in vita.

Institutiones et substitutiones directae sunt favorabiles, et in eis filiae sub nomine filiorum continentur.

Instrumenta.

Scripturae diversae, fidem sibi invicem derogantes, ab una eademque parte prolatae, nihil firmitatis habere potuerunt. l. 14. C. 4, 2.

Standum instrumento, donec contrarium probetur.

De rebus, quae non apparent, ac de his, quae non sunt, idem est judicium.

Qui dat, vel dari mandat instrumentum, videtur liberationem relinquere. Bartholus.

Instrumento damnato de falso, corruit et omnis confessio in eo comprehensa.

Instrumenti fides pendet a fide et persona notarii.

Instrumentum carens debitis solemnitatibus, licet vivo notario ipso nihil probet, eo tamen mortuo, semiplenam probationem facit.

Et instrumenti fides sustinetur, testibus mortuis, licet viventes contradicant.

Et instrumento notarii mortui major fides adhibetur quam viventis.

Instrumentis duobus productis, uno scilicet cessionis et altero solutionis crediti, praesumitur prius confectum illud solutionis, si solvens reperitur in possessione.

Instrumentum, si est planum et clarum, declaratur secundum obscurum et dubium, ne censeantur partes se contraxisse.

Instrumentis artificii legatis continentur ea, quae illi artificio conveniunt.

Instrumentum antiquum, excedens cursum centum annorum, praesumitur conscriptum a notario.

Instrumentum repertum cancellatum penes creditorem, liberatum esse debitorem praesumitur.

Producens praesumitur fateri et approbare vera, quae in eo continentur.

Debiti cancellatum penes creditorem existens praesumitur ejus voluntate cancellatum.

Debitori reddens creditor, non praesumitur debitum remisisse, quando alia coniectura quam remissionis aut solutionis sumi potest.

Ex cancellatione liberationem praesumi magni est effectus.

Productio et tanquam veri approbatio prodest et tertio absenti.

Productio nullum adfert producenti praejudicium, quando adversarius illud impugnat.

Instrumento renuncians creditor, idque tradens debitori, non creditur remisisse, sed potius probationi ipsius instrumenti praesumitur renunciasse.

Idem si prius exegisset debitum, deinde traderet instrumentum.

Instrumentorum aliquando major quam testium fides.

Intentio.

Non ad solam delictorum mensuram poena imponenda est, sed et inquirendum, quis fuerit ejus, qui peccavit, animus.

Intentio fundata in tempore certo probari debet ab eo, qui in tempore constituit fundamentum.

Interdictio.

Nemo rebus suis interdictus existimetur, nisi auditus. Argentraeus.

Interlocutoria.

Interlocutoria sententia potest mutari. l. 19. §. 2. D. 4, 8.

Interlocutoria revocari potest, non definitiva. l. 14. D. 42, 1.

Interpretatio.

In criminalibus humanior interpretatio accipienda est.

Attendi debet naturalis origo, non id, quod ultra incidit.

Minime sunt mutanda, quae interpretationem certam semper habuerunt.

Nulla est sapientia stultior, quam quae lege vult sapientior videri. Argentraeus.

In certis non est conjecturae locus.

In re dubia melius est verbis Edicti servire. Ulpianus l. 1. §. 20. D. 14, 1.

Forma et essentia rei est potius spectanda quam verborum cortex.

Verbis standum, ubi nulla ambiguitas.

Ambiguitas contra stipulatorem est interpretanda, quoniam potuit apertius dicere.

In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est.

Ubi repugnantia inter se inveniuntur, neutrum ratum est.

Stricte interpretandae non sunt voluntates defunctorum.

Facti interpretatio plerumque prudentissimos fallit. Rebuffus.

In fraudis interpretatione non eventus duntaxat, sed consilium spectatur.

Nemo existimandus est dixisse, quod mente non cogitaverit.

Benignius leges interpretandae sunt, quo voluntas earum conservetur.

Nulla juris ratio aut aequitatis benignitas patitur, ut, quae salubriter pro utilitate hominum introducta sunt, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem.

Non oportet jus civile calumniari neque verba captari, sed, qua mente quid dicitur, animadvertere convenit. Paulus l. 19. D. 10, 4.

Beneficium imperatoris, quod a divina scilicet indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debemus. l. 3. D. 1, 4.

Rescriptum principis in odiosis stricte interpretandum. Cujacius.

Si in contractu locati opponitur verbum vendo, non mutatur natura contractus. Gothofredus.

Si quis intentione ambigua vel oratione usus sit, id, quod utilius ei est, accipiendum est. l. 66. D. 5, 1.

In ambigua voce legis ea potius accipienda significatio, quae vitio caret, praesertim cum etiam voluntas legis ex eo colligi possit. l. 19. D. 1, 3.

Expressio in dubio censetur facta causa demonstrationis, nisi hoc exprimatur, et clare de mente appareat. Molinaeus.

Strictae scripturae licet addere benignam interpretationem ex aliis legibus. Cujacius.

Interpretatio sumitur in dubio contra dantem.

Praesumptio benignior in dubio sumenda.

Interpretatio stricta sumitur in contractibus.

Extensio difficilius admittitur in dispositione hominis quam legis.

Interrogatio.

Interrogare judici solum ex officio suo permissum.

Post conclusum in causa neque judex ex officio suo interrogare potest.

Qui interrogatur, tenetur, quasi celebrasset contractum, super quo interrogatus esset.

Bartholus.

Si, me viginti interrogante, tu decem respondeas, obligatio in decem tantum erit contracta.

Intestatus.

Descendens omnis succedit in ordine primo.

Adscendens propior, germanus filius ejus.

Tunc latere ex uno frater quoque filius ejus.

Denique proximior reliquorum quisque superstes.

Invenire.

Invenitur facilius, quod a multis quaeritur.

Inventarium.

Nemo tam simplex immo magis stultus, inve-

nitur, ut in publico inventario scribi contra se aliquid patiatur. l. 13 pr. C. 5, 51.

Inventario aliquid de bonis suis tutor describens, pupilli id praesumitur.

Invitus.

Nihil altero invito alius facere potest quod et ipse facere potest, vel per se, vel per alium.

Nemo invitus carere debet re sua, etiam justo pretio.

Invito beneficium non datur. Paulus.

Invitus liberari potest. l. 8. §. 5. D. 46, 2.

Invitus nemo rem cogitur defendere. l. 156. D. 50, 17.

Inundatio.

Inundatio speciem fundi non mutat, et ob id, cum recesserit aqua, palam est, ejusdem esse, cujus et fuerat. l. 7. §. 6. D. 41, 1.

Irae.

Professio a matre irata facta non facit fidem.

Irrationabilia.

Irrationabilia non praesumuntur.

Iter.

Iter ad hauriendum aquam qui concessit, praesumitur etiam concessisse haustum aquae.

Judaei.

Judaei vel alii infideles non possunt cogi suscipere baptisma.

Judaeus, conficiens testamentum, servare debet formam et dispositionem juris communis.

Judex.

Judex debet sequi voluntatem partium, si sunt concordes. l. 26. D. 42, 1.

Judex si tulit interlocutoriam et postea aliam illi contrariam pronunciavit, praesumitur ignorasse primam.

Qui contra antiquam curiae praxim et stylum novam citationis formam induxit, suspectus habetur, et contra eum praesumitur.

In dubio pronunciare debet, appellationem non esse desertam.

In dubio debet deferri appellationi.

Judici, si aliquid fuit donatum, post latam sententiam, non ex hoc argui potest ipsum fuisse corruptum.

Judex, qui potest ferre sententiam tanquam delegatus et tanquam ordinarius, praesumitur in dubio eam tulisse tanquam ordinarius.

Non praesumitur velle, quod sibi lege permissum non est.

Judicis officium est in aequitate fundatum.

Judice in sententia absolvente et condemnante simul, potior est in ea perplexitate absolutio.

Judices idonei tantum illi praesumuntur, qui eruditi sunt et rerum experientiam habent.

Judex, prout religio suggerit, sententiam proferre debet. l. 79. §. 1. D. 5, 1.

Judici, statim atque Judex factus est, omnium

rerum officium incumbit, quaecunque in judicio versantur. l. 25. §. 8. D. 21, 1.

Ea, quaecunque post litis contestationem contingunt, arbitrium Judicis desiderant. l. 31. §. 13. D. 21, 1.

Ea, quae sunt moris et consuetudinis, in bonae fidei judiciis debent venire. l. 31. §. 20 ibid.

Observandum est jus reddenti, ut in adeundo quidem facilem se praebeat, sed contemni non patiatur. Nam ex conversatione aequali contemptio dignitatis nascitur. l. 19. D. 1. 19.

Quod quisque juris statuerit in alterum, ut ipse eodem jure utatur. Quis enim aspernabitur, idem jus sibi dici, quod ipse aliis dixit vel dici effecit? l. 1. D. 2, 2.

Judici delinquenti nullum debetur salarium.

Facilius judex quam testis rejicitur.

Sententia debet esse libello conformis, et potestas judicis ultra id, quod in judicium deductum est, nequaquam potest excedere.

Non sufficit, ut judex sciat, sed necesse est, ut ordine juris cognoscat.

Si judex succedat uni ex legatoribus in aliquo, desinit esse judex. Bartholus.

In judiciis non est judex diutius expectandus, sed alius loco ejus sumendus.

Qui non cogitur in aliquo loco judicium pati, si ipse ibi agat, cogitur excipere actiones, et ad eundem judicem mitti. Paulus.

Judex, postquam semel sententiam dixit,

judex esse desinit; semel enim, seu bene, seu male, officio functus est. Ulpianus.

Nullum velle sortiri judicem, magnum est in reo diffidentiae, in actore calumniae argumentum. Belordaeus.

Non est singulis permittendum, quod per judicem fieri debet. Argentraeus.

Non sibi concessum intelligant judices dandae dilationis arbitrium.

Non est constantis et recti judicis, animi motum detegere. l. 19. §. 1, D. 1, 18.

Privatorum consensus judicem non facit.

Facti quaestio est in potestate judicantis, juris auctoritas et potestas non item.

Idem requiritur numerus judicum judicandis interlocutionibus, qui requiritur in judicanda definitiva.

Judicatum.

Res judicata pro veritate habetur.

Rebus judicatis standum est. l. 1. C. 7, 52.

Res judicatas instaurari, exemplo grave est.

Instaurari finita rerum judicatarum non patitur auctoritas. l. 5 ibid.

Confessus pro judicato habetur.

Publice interest, non convelli rerum judicatarum auctoritatem.

Res inter alios acta vel judicata alteri nec prodest nec nocet.

Non oportet ex sententia, sive justa sive injusta pro alio habita, alium praegravari. l. 21. D. 3, 2.

Evidenter iniquissimum est, proficere rei judicatae exceptionem ei, contra quem judicatum est. Julianus.

De eadem re non decet saepius quaeri nec judicari. Argentraeus.

Post absolutum dimissumque judicium, nefas est, litem alteram consurgere ex litis primae materia. l. 3. C. 7, 51.

Judicatum titulus est optimus.

Quoties inter easdem personas exceptio rei judicatae obstat, eadem quaestio revocatur; cum quaeritur, haec exceptio noceat, necne, inspiciendum est, an idem sit corpus, quantitas eadem, idem jus, et an eadem causa petendi et eadem conditio personarum; quae nisi omnia concurrant, alia res est. l. 7, 12, 13. D. 44, 2.

Solemus dicere, id venire in judicium, de quo actum est inter litigantes. l. 6. D. 5, 1.

Cujus rei species eadem consistit, res quoque eadem esse existimatur. l. 76 ibid.

Judicium.

In judicio quasi contrahitur. Paulus.

De unoquoque judicio, judicandum est praesentibus aut vocatis, quorum interest. Numquid enim quemquam lex judicat, nisi prius audierit eum? Argentraeus.

Ubi acceptum est semel judicium, ibi et finem accipere debet l. 30. D. 5. 1; l. 4. C. 3. 13.

Amplior pars obtineat ita, ut, quod pluribus placet, hoc statuatur.

Juramentum.

Juramentum non habet vim transactionis quoad infamiam. l. 6. §. 4. D. 3, 2.

Jurisdictio.

Mandata jurisdictione, ea omnia mandata intelliguntur, sine quibus jurisdictio exerceri non potest. l. 2. D. 2, 1.

Est receptum eoque jure utimur, ut, si quis major vel aequalis subjiciat se jurisdictioni alterius, possit ei et adversus eum jus dici. Ulpianus l. 14- D. ibid.

Extra territorium jus dicenti impune non paretur. l. 20 ibid.

Idem est, et si supra jurisdictionem suam velit jus dicere.

Jus. Jura.

Jure naturali omnes homines liberi nascebantur. l. 4. D. 1, 1.

Modica circumstantia facti jus variat.
Molinaeus.

Denegari non debet jus juste deprecantibus.

Jus publicum privatorum pactis mutari non potest.

Jus civile vigilantibus scriptum est, non dormientibus.

Jura vigilantibus subveniunt.

Unicuique licet favori et juri pro se introducto renuntiare.

Jus publicum est, cui nemo praescribere potest, non spatia temporum non patrocinia personarum.

Ubi eadem ratio, ibi idem jus.

Jura metimur a possessore.

Nemo plus juris in alium transferre potest, quam ipse habet.

Ex facto jus oritur.

Correlativorum par est ratio.

Non debet una eademque res diverso jure censeri.

Civilis ratio civilia quidem jura corrumpere potest, naturalia vero non utique. l. 15. §. 3 Inst.

Nullus videtur dolum facere, qui suo jure utitur.

Jure hoc evenit, ut, quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur. l. 3. D. 1, 1.

Non est audiendus certans de jure tertii.

Quidquid in alicujus favorem conceditur, in ejus dispendium non est retorquendum.

In rebus novis constituendis, evidens utilitas esse debet, ut recedatur ab eo jnre, quod diu taequum visum est. l. 2. D. 1, 4.

Non debet alterius collusione aut inertia alterius jus corrumpi.

Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri.

Non debeo melioris conditionis esse, quam auctor meus, a quo jus in me transit.

Jura subveniunt mulieribus deceptis, non decipientibus.

Cui jus est donandi, eidem et vendendi et concedendi jus est.

In omnibus partibus juris, is, qui reversus non est ab hostibus, quasi tunc decessisse videtur, cum captus est.

Casus omissus remaneat in dispositione juris communis.

Ex iis, quae forte uno aliquo casu accidere possunt, jura non constituuntur. Celsus.

Quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentias. Paulus.

Meum est, quod ex re mea superest, cujus vindicandi jus habeo. l. 49. §. 1. D. 6, 1.

Resoluto jure dantis, resolvitur jus accipientis.

Error in jure, non eodem loco, quo facti ignorantia, haberi debebit. l. 2. D. 22, 6.

Turpe est patricio et causas oranti, jus, in quo versatur, ignorare. l. 2. §. 43. D. 1, 2.

Melius est intacta jura servari, quam post causam vulneratam remedium quaerere.

Justinianus.

Jus sibi dicere nemini est permissum.

Juri canonico negligenter operam navans praesumitur negligens futurus in addiscendo jure civili.

Jure carere dicitur, qui id, quod alleget, non probat.

Jura scire omnes tenentur.

Jus accrescendi.

Jus accrescendi dicitur quaedam tacita substitutio.

Jus accrescendi habet locum in successionibus ab intestato et hoc casu dicitur a lege inventum, et non ex praesumpta voluntate testatoris.

Jus naturale.

Jus naturale non potest perimi a jure civili.

Jus in re.

Jus in re dicitur, quod de praesenti competit, jus ad rem, quod non competit de praesenti, sed est de futuro spes.

Jusjurandum.

Jurisjurandi contempta religio satis Deum ultorem habet. l. 2. C. 4, 1.

Qui dicitur jurasse, praesumitur servatis solemnitatibus.

Diversitas negotiorum diversum exigit jusjurandum.

Juramentum sequitur naturam actus.

Ubi non est jus ad agendum, ibi proponi non debet jusjurandum.

Attamen jusjurandum proponitur inopia probationis.

Jusjurandum speciem transactionis continet, majoremque habet auctoritatem, quam res judi

cata; interposito (jure jurando) ab omni controversia disceditur.

Manifestae turpitudinis est, nolle jurare nec jusjurandum referre.

Qui non potest alienare, nec juramentum deferre potest. Alexander.

Juramentum unius ex reis debendi alteri prodest. Idem.

Per juramentum non tollitur exceptio, quae non est contraria juramento. Idem.

Pupillus, procurator et defensor jurare non coguntur. Idem.

Vera est sententia, juramentum domino delatum non posse per procuratorem praestari, etiamsi speciale mandatum habeat. Argentraeus.

Maximum remedium finiendarum litium jus jurandum.

Qui juramentum a malo viro postulat, insanit.

Plurimum valet ad metum delinquendi, praesentia religionis urgeri. Symmachus.

Jussus. Jussio.

Quodammodo cum eo contrahitur, qui jubet. l. 1 pr. D. 15, 4.

Saepe apud antiquos dicitur, jussionem domini non esse absimilem nominationi. l. 3. C. 4, 27.

Justitia.

Haec est justitia, quae suum cuique ita tribuit, ut non distrahatur ab ullius personae justiore repetitione. l. 31. §. 1. D. 16, 3.

Justus.

Justus praesumitur, qui justitiae administrandae praeest.

L.

Labor.

Laboribus suis nemo fraudari debet.

Lac.

Lac repertum in mammis mulieris violentam facit praesumptionem, eam corruptam fuisse.

Laicus.

Laicus decimas Ecclesiae possidere nequit.

Lana.

Lanae appellatione venit etiam lana filata, antequam tamen sit contexta.

Lana legata, debetur vestimentum ex ea confectum.

Latinitas.

Latinitas falsa arguit suspicionem falsi in instrumento vel in rescripto.

Latitare.

Non fraudationis causa latitat, qui, si judicium

acciperet, absolvi deberet. Papinianus l. 50 pr. D. 15, 1.

Laudemium.

Laudemia continentur inter fructus jurium et actionum et comprehenduntur legato usus fructu omnium bonorum.

Laudum.

De rectitudine et justitia laudi semper praesumitur.

Laudo stare jurans, intelligitur, modo juste laudetur.

Laus.

Non oportet, laudando augere malitiam. l. 1. §. 4. D. 11, 3.

Lectum.

Lectum inter necessaria alimenta continetur.

Legatum.

Falsa causa non vitiat legatum.

Etiam ea, quae futura sunt, legari possunt.

Novissima scriptura in legatis spectanda.

Legatum in aliena voluntate poni potest, in heredis non potest. Ulpianus l. 43. §. 2. D. de legat. I.

Nemo potest in testamento suo cavere, ne leges in suo testamento locum habeant. l. 55 ibid.

Impossibilis conditio pro non scripta habetur. Julianus l. 104. §. 1 ibid.

Non plus potest rogari quis restituere, quam quantum ei relictum est. l. 114. §. 3 ibid.

Neminem ejusdem rei legatae sibi partem velle, partem nolle verius est. l. 1. D. de legat 2.

Certo corpore legato, demonstratio falsa posita non interimit legatum. l. 10. D. 34, 2.

Pars usus legari non potest; nam frui quidem pro parte possumus, uti pro parte non item. Paulus.

Si Titio, et ei, qui capere non potest, decem legata sint, quia duobus haeres dare damnatur, et unus capere non potest, quinque sola Titio dari debent. Idem.

Legata semel praestanda debita mobilia sunt haeredis; diuturni et continuati temporis, immobilia. Argentraeus.

Si quis in nomine vel cognomine legatarii testator erraverit, si de persona constat, nihilo minus valet et legatum.

Cum fundus communis legatus sit, non adiecta portione, sed meum nominaverit, portionem deberi constat. l. 5. §. 2. D. 30, 1.

Defectus conditionis per factum implere debentis, eum impedit, ne legatum consequatur.

Id quod pauperibns testamento vel codicillis relinquitur, non ut incertis personis relictum evanescat, sed omnibus modis firmum ratumque consistat. l. 24. C. 1, 3.

Legatis alimentis, cibaria et vestitus et habitatio debentur, quia sine his ali corpus non potest. l. 6. D. 34, 1.

Si duobus conjunctim res legata sit, quamvis alter in rerum natura non fuerit, alteri solam partem deberi puto verum esse. l. 16 pr. D. 30, 1.

Modus respiciens utilitatem legatarii intelligitur impulsivus; si utilitatem tertii, dicitur esse finalis. Bartholus.

Legans fundum alienum, pretium illius praesumitur legasse.

Legatarius, si est incapax sua culpa, ei non debetur aestimatio rei sibi legatae.

Legatarius acceptans legatum factum animo compensandi tenetur compensare solum pro quantitate relicta.

Legatarius asserens, testatorem scivisse, rem a se legatam alienam esse, probare id debet.

Legatum sic debet interpretari, ut sit utile legatario, non autem e contra.

Legatum generis valet et legatarius potest eligere rem mediocrem.

Legata domo cum omnibus rebus, quae in ipsamet sunt, continentur mobilia quotidiani usus; non tamen venalia; nec quae aliquo casu in ipsa domo reperiuntur; neque scripturae, rationes et instrumenta.

Legatum vel fideicommissum, si est pure relictum, dies iam dicitur cessisse, unde statim peti et praestari debet.

Et ubi legatum est pure relictum, dominium ipsum rei legatae statim mortuo testatore dicitur transivisse in legatarium.

Legatum vel fideicommissum, si est relictum b conditione, non prius est praestandum, quam sserit ipsa conditio.

Et si relictum sub conditione inutili, dispoio pro pura habetur, et statim peti potest lictum.

Idem, quando non stat per legatarium, quonus impleatur conditio.

Legatum si est relictum sub modo, debetur tim a morte testatoris, et sic adita haereditate ti potest.

Legatum dicitur modale, quando legati causa spicit favorem ipsius legatarii.

Legatum sub modo relictum praesumitur dam in recompensationem oneris.

Legatum si transfertur in alium, adiecto alio ere vel conditione speciali, non praesumitur ta dicta translatio cum onere imposito illi imo, et sic non censetur repetita conditio.

Idem quando legatum translatum in aliam rsonam redderetur inutile, si conditio esset retita in secundum.

Et si legatum transfertur de una persona in teram non a testatore sed a lege, non dicitur inslatum legatum cum eadem conditione et onere.

Legatum non praesumitur ademptum alienane a testatore facta necessitatis causa.

Praesumitur ademptum rei legatae destructione testatore facta.

Idem quando testator legavit aliquid ex fundo, inde illud detraxit et alteri adiecit.

Legatum praesumitur ademptum cessante causa, ob quam testator legavit.

Legati pure relicti, licet dies cedat statim a die mortis testatoris legatum tamen usufructus pure relictum non cedit, nisi post aditam haereditatem.

Legatum debet potius reddi inutile, quam quod testator praesumitur voluisse gravare haeredem.

Legatum accessorium alterius, puta fundi cum instrumento, praesumitur ademptum alienato tantum fundo.

Legatum annuum debet ab haerede praestari, quocunque loco petetur a legatario.

Legatum annuum non dicitur unum legatum, sed plura, tot enim censentur legata quot anni.

Legata annua si sint relicta pro se et haeredibus, intelligitur etiam de haeredibus extraneis.

Legatum annuum factum sacerdoti, dicitur perpetuum, non autem donec vivet iste sacerdos.

Factum his verbis: Lego centum Caiae donec nubat, annuum praesumitur.

Legatum factum liberis intelligitur relictum jam natis, quos sciebat testator extare; non autem filiis nascituris.

Legatum meretrici, ut ad frugem melioris vitae redeat, praesumitur ad piam causam.

Legatum monetae debetur secundum tempus solutionis, quo auctus est ejus valor.

Legatum nominis debitorum extinguitur pro ea parte, pro qua testator exegit.

Legatum rei alienae, quam testator sciebat esse alienam, valet, et debetur aestimatio saltem.

Legatum rei alienae non valet, quando res est ipsius legatarii, nec debetur aestimatio.

Legatum rei alienae, si est factum praesente et consentiente domino ipsius rei, hic consensus parit adversus dominum exceptionem tantummodo rei legatae, non autem actionem.

Legatum servitutis non debetur, quando testator reliquit praedium liberum et francum ab omni servitute.

Legatum factum a testatore, qui non erat directo debitor legatarii, non praesumitur factum animo compensandi.

Idem quando testator non erat pure debitor ipsius legatarii, sed sub conditione vel in diem.

Legatum factum tutori praesumitur factum, ut tutelam suscipiat.

Legatus.

Sancti habentur legati.

Legitima.

Exheredatus numerum facit ad augendum et partem facit ad minuendam legitimam.

Quatuor aut infra natis, dant jura trientem. Sed dant semissem liberis, si quinque vel ultra.

Legitima non venit nomine haereditatis, nec dicitur pars haereditatis sed bonorum.

Legitimae natura est, ut totum ei accrescat,

et ideo filius eam acceptando dicitur acceptare, ut residuum haereditatis ei accrescat.

Legitima debetur jure naturali.

Legitima debetur filiis jure naturae, parentibus vero lege civili tantum.

Legitimam consequitur filius non jure haereditario, sed dispositione et providentia legis.

Legitima debita filio dicitur aes alienum.

Legitima non debetur nepotibus.

Legitima sine onere et conditione relinqui debet.

Legitima onere restitutionis gravari non potest.

Legitimatus.

Legitimatus non excludit substitutum, quando testator substituit alterum filium.

Idem, quando testator substituit ecclesiam, vel causam piam.

Legitimatus non excludit substitutum, quando agitur de primogenitura.

Legitimati per subsequens matrimonium censentur immediate nati ex legitimo matrimonio.

Lenocinium.

Lenocinii replicatione tollitur exceptio adulterii. l. 39. D. 24, 3.

Lenocinium mariti ipsum onerat, non mulierem excusat. l. 2, §. 5. D. 48, 5.

Lex.

Lex semper certa est. l. 30, §. D. 29, 2.

Lex extenditur ubi est eadem ratio. l. 1. §. 25. D. 43, 16.

Lex tollitur desuetudine. l. 32. §. 1 in fine. D. 1, 3.

Legi fraus fieri non debet. l. 7. D. 40, 9.

Lege Regia, quae de imperio principis lata est, populus ei et in eum omne suum imperium et potestatem confert. Ulpianus l. 1 pr. D. 1, 4.

Communium rerum utilitas est, lucidis et omni ambiguitate segregatis legibus uti. l. 9. C. 5, 27.

Quod semel aut bis existit, praetereunt legislatores. l. 3. D. 5, 4.

Provisio hominis facit cessare dispositionem legis.

Posteriora prioribus derogant.

Moribus Gallicis et usu fori etiam possessio sola legibus obligat.

Ubique lex judicem revereri jussit.

Omne verbum in legibus, ut et in contractibus sic accipi debet, ut stet cum aliquo effectu operativo secundum materiam subjectam.

Molinaeus.

Ubi lex non distinguit, nec non distinguere debemus.

Ejus est legem interpretari, cujus est condere. l. 1, 9. C. 1, 14.

Odia restringenda, favores ampliandi.

Inclusio unius est exclusio alterius.

Non est excusatio adversus praecepta legum ei, qui, dum leges invocat, contra eas committit. l. 33. D. 4, 4.

Lex dat formam futuris, non praeteritis negotiis. l. 7. C. 1, 14.

Nulla via admittenda est, qua, salvis verbis legis, mens ejus circumvenitur.

Nulla est sapientia stultior, quam quae lege vult sapientior videri. Argentraeus.

Defectu legis aut pacti conventi recurrendum est ad usum loci, in quo res peragitur.

Beneficium legis non debet esse captiosum.

Exclusa censentur omnia, quae lex enumerando non inclusit.

In dispositione consuetudinaria (et hoc de legibus etiam dici debet) nihil est subaudiendum nec aliud sensisse consuetudo (aut lex) intelligi debet, quam quod verbis expressit.

Quod fit lege prohibente, nullam vim habere indubitati juris est.

Nemo potest in testamento suo cavere, ne leges in suo testamento locum habeant. Pomponius l. 55. D. 30, 1.

Oportet recte positas leges omnia terminare et quam paucissima committere judicantibus.

Stracch.

Non omne, quod licet, honestum est. Attamen ubi non est lex, nec praevaricatio.

Novae constitutionis effectus revocari debet ad praeterita, si tantummodo declaret, quod ante leges caverant. Declaratio autem nihil novi vel dat vel statuit. Mornacius.

In rebus novis constituendis evidens esse u

litas debet, ut recedatur ab eo jure, quod diu aequum visum est. l. 2. D. 1, 4.

Cum lex loquitur generaliter, generaliter est intelligenda.

In materia a jure civili exorbitante, non est facienda extensio ex paritate, ac ne ex majoritate quidem rationis, sed in suis terminis servari debet lex. Argentraeus.

Cum lex in praeteritum quid indulget, in futurum vetat.

Incivile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua particula ejus proposita, judicare vel respondere.

Non dubium est, in leges committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Nec poenas insertas evitabit, qui se, contra juris sententiam, saeva praerogativa verborum fraudulenter excusat. l. 2. C. 1, 14.

Nullum pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volunt subsecutum, qui contrahunt, lege contrahere prohibente. l. 5. ibid.

In re dubia melius est verbis edictis legis servire.

Dura lex, sed servanda.

Cui non conveniunt verba legis, nec ejus dispositio convenit.

Lex supplet judicium patris. Gothofredus.

Cessante ratione legis, cessat ipsa lex, sublata enim causa, cessat effectus.

Quod fit per legem, fieri potest per pactum. Bartholus.

Valet consuetudo, cui lex non adversatur.
Accursius.

Ubi lex inhibet usucapionem, bona fides possidenti nihil prodest. Pomponius.

Legis virtus haec est: imperare utilia reipublicae, vetare nociva. l. 7. D. 1, 3.

Scire leges, non est verba earum tenere, sed vim ac mentem. l. 17 ibid.

Leges legibus concordare promptum est.
Constantinus.

Statuta tantum disponunt, quantum loquuntur.

Ubi non invenitur conventio, lex quaerenda est.

Nemo censetur ignorare legem.

Flagitium est, legi adjicere aut exigere, quod illa non exigit.

Lex non omittit incauta, sed quia dictum noluit.

Leges debent usibus humanis accommodari.

Omnes convenit obedire legibus, quia inventum et munus Dei est. l. 2. D. 1, 3.

Benignius leges interpretandae sunt, quo voluntas earum conservetur. l. 28 ibid.

In ambiguis sensibus melius est, (et maxime in libertate, favore ejus,) humaniorem amplecti sententiam. l. 14. C. 7, 4.

Nos, qui veritatem colimus, ea tantummodo volumus in nostris esse legibus, quae re ipsa obtinent. l. 1. C. 7, 5.

Satis abundeque imperiale est, humaniorem sententiam pro durioribus sequi. l. 2 in fine C. 7, 7.

Statuta suo clauduntur territorio, nec ultra territorium disponunt.

Quotiescumque de capacitate aut habilitate personarum quaeritur, domicilii leges et statuta spectantur. Bartholus.

Lex vera illa dicitur, quae ratione condita est.

Leges divinitus promulgatae dicuntur per ora principum.

Lex debet esse clara et manifesta, ne captione laqueum pariat.

Legis praecepta spernere est repugnare divinae voluntati.

Lex nihil frustra et superfluo operari solet.

Lex nunquam censetur iniqua concedere, cum sit ars boni et aequi.

Lex supplet voluntatem defuncti in casu non cogitato, testatoris autem negligentiam non supplet.

Legis una pars sicut aliam declarat et praecedentia ex subsequentibus aperiuntur, ita ex rubrica lex ipsa interpretationem potest accipere.

Leges communes sicuti non licet ignorare, ita nec consuetudines multum vulgares.

Legem communem juste et sancte conditam esse, praesumptio est.

Libellus.

Libellus apte et recte praesumitur conceptus, et ut sustineatur, venit interpretandus.

Libellus non sustinetur etiam verba impropriando, quando nil omnino conveniat negotio.

Libellus pro libellante latissime intelligitur.

Libellus contraria continens ipso jure censetur nullus.

Libellum emendare licet usque ad sententiam.

Liber.

Libros haereticos componens vel conscribens haereticus manifeste censetur.

Liber scriptus ab uno sociorum, qui scribere consueverat, aliorum consensu scriptus praesumitur, et probat contra socios.

Liber ab omnibus sociis indifferenter scriptus omnium voluntate praesumitur, et facit fidem inter eos.

Liber ab institore sociorum scriptus, mandato omnium scriptus praesumitur.

Libri mercatoris, particulam aliquam adversario negante, si vera illa esse probetur, reliquae omnes verae praesumuntur.

Libros pater emendo et simpliciter tradendo filio, non donasse, sed in peculium praesumitur concessisse.

Illud quidem verum est, librum rationum pro scribente non probare, sed bene contra scribentem.

Liberalitas.

Liberalitas nolenti non acquiritur. l. 19. §. 2. D. 39, 5.

Nemo liberalis nisi liberatus.

Nemo in necessitatibus praesumitur liberalis.

Quilibet potest quam voluerit legem liberalitati suae imponere.

Liberatio.

Proniores sumus ad liberandum quam ad obligandum. l. 47. D. 44, 7.

Qui dat, vel dari mandat instrumentum, videtur liberationem relinquere. Bartholus.

Cum jussu meo id, quod mihi debes, solvis creditori meo, et tu a me et ego a creditore meo liberor. Paulus.

Liberi.

Nostra interest, animum liberorum non corrumpi.

Liberorum loco non sunt partus monstrosi. l. 14. D. 1, 5.

Appellatione liberorum nepotes et pronepotes ceterique, qui ex his descendunt continentur. l. 220. D. 50, 16.

Libertas.

Iniquum, et legatum velle percipere et libertatem servo non dare. l. 41. D. 38, 2.

Quid tam contrarium est servituti, quam libertas. l. 21. D. 40, 5.

Multa contra juris rigorem pro libertate sunt constituta. l. 24. §. 10. D. 40, 5.

Libertas dividi et sic pro parte praestari non potest. l. 31 ibid.

Humanum non fuerit, ob rei pecuniariae quaestionem libertati moram fieri. l. 37 ibid.

Nihil aeque gratum servis praestari potest, quam libertas. l. 39 ibid.

Quatenus libertas non privata, sed publica res est, ultro is, qui eam debet, offerre debet. l. 53 ibid.

Libertas nec pecunia lui nec reparari potest. l. 9. §. 2. D. 40, 7.

Melioris conditionis esse non debet, qui dubiae libertatis est, quam qui non certae. l. 24. §. 4. D. 40, 12.

Vulgo dicitur, post ordinatum liberale judicium hominem, cujus de statu controversia est, liberi loco esse. Gaius. l. 25. §. 2 ibid.

Promissio facta in carcere nullius est momenti.

Quemadmodum libertas et civitas non datur ad tempus, ita nec adimitur. Cujacius.

Libido.

Libidinis vitium non praesumitur in homine, praesertim in religioso, et qui alioquin in adolescentia fuit continens.

Licitum.

Quod non est licitum in lege, necessitas licitum facit.

Non debet uni licere, quod alteri non permittitur.

Limitatio.

Limitata causa limitatum habet effectum.

Lingua.

Linguae lubricum ad poenam facile non est trahendum.

Literae.

Literis sibi datis negligens contradicere, praesumitur consentire, et fateri in illis descripta.

Lites.

Litibus imponenda celeritas. l. 20 pr. C. 11, 48.

Non sufficit litem instituere, si non in ea perseveret. l. 15. D. 5, 2.

Omnis litigator victus debet impensas. l. 5. C. 7, 51.

Nullum cum litigatore contractum, quem in propriam receperit fidem, ineat advocatus, nullam conferat pactionem.

Lite pendente nil innovetur. Omnia in suo statu esse debent, donec res finiatur. Mornacius.

Nulla lis esse potest cum eo, quem in potestate habemus.

Juri conveniens est, litigatorem ad judicem deduci, non judicem ad litigatorem.

Litis impensa praesumitur facta non a procuratore, sed ab ipso domino litis.

Livellum.

Livellum in dubio praesumitur perpetuum, neque differt ab emphyteusi et censu.

Locatio.

Quoties faciendum aliquid datur, locatio est.

Locare servitutem nemo potest. Fundo enim servit fundus, non personae.

Operae promissae duobus, illi sunt prius praestandae, cui prius sunt promissae.

Paulus de Castro.

Non solet locatio dominum mutare. Ulpianus.

Praetextu minoris pensionis locatione facta, si nullus dolus adversarii probari possit, rescindi locatio non potest. l. 23. D. 19, 2.

Ex conducto ad haeredem actionem transmitti, palam est. l. 19. §. 8 ibid.

Nemo prohibetur rem, quam conduxit, fruendam alii locare, si nihil aliud convenerit. l. 6. C. 4, 65.

Bona fides exigit, ut, quod convenit, fiat. l. 21. D. 19, 2.

Sera est patientia fruendi, quae offertur eo tempore, quo frui colonus, aliis rebus illigatus, non potest. l. 24. §. 4 ibid.

Qui impleto tempore conditionis remansit in conductione, reconduxisse videtur. l. 13. §. 11 ibid.

Qui ex conducto possidet, quamvis corporaliter teneat, non tamen sibi, sed domino rei creditur possidere.

Damnum, quod per aggressuram latronum in possessionibus locatis rei tuae illatam esse proponis, a domino earumdem possessionum resarciri, nulla ratione desideras. l. 12. C. 4, 65.

Dignus est operarius mercede sua.

Peracto locationis tempore, non tenetur fidejussor, nec alterius pignus. Accursus.

Locator si promisit non expellere colonum, intelligitur, modo is recte colat et debitam pensionem praestet.

Locans operas suas, ut in meo praedio sit custodiae causa, finito tempore ibi persistendo, non praesumitur facta reconductio.

Locatio ad beneplacitum in dubio perpetua praesumitur.

Locator.

Locator bona in domum locatam invecta tacite sibi pignorata habet. l. 4. D. 2, 14.

Locuples.

Locuples videtur non tantum ex facultatibus sed etiam ex conveniendi facilitate. l. 2 in pr. D. 2, 8.

Locupletari qui vult cum aliena iactura et damno, in legem committere dicitur.

Locus.

Locus regit actum.

Contraxisse unusquisque in eo loco intelligitur, in quo, ut solveret, se obligavit. l. 21. D. 44, 7.

Lubricum.

Lubricum linguae ad poenam facile trahendum non est. Modestinus l. 7. §. 3. D. 49, 4.

Lucrum.

Bono et aequo non convenit, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum sentire per alterius lucrum. Pomponius l. 6 in fine D. 23, 3.

Lucrum ex delictis sperare, impium est. l. 13 in fine C. 4, 1.

Turpia lucra sunt ab haeredibus extorquenda, licet crimina extinguantur. l. 5 pr. D. 3, 6.

Honestum lucrum illud est, per quod nemo laeditur. Cassiodorus.

Neque enim ferendus est is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei anexum contemnit. l. unica §. 4. C. 6, 51.

Non debet quis lucrari ex alieno damno. l. 28. D. 4, 3.

Lucrum praeter animum et voluntatem accedens usura non est.

Lupus.

Lupum in laqueo meo detentum, si alter capiat, efficitur capientis. Illud namque, quod in laqueis meis detinetur, non est meum, nisi illud manu capiam. l. 15. D. 41, 1.

Lusus.

Lusus quoque noxius in culpa est. Paulus.

Lux.

Qui male agit, odit lucem.

Luxuriosus.

Fidejubens pro adolescente luxurioso quasi perdituro pecuniam credit. l. 12. §. 11. D. 17, 1.

M.

Magistratus.

Magistratus foenus exercere prohibentur, ut turpe et indignum. Argentraeus.

Malefactor.

Qui male agit, odit lucem.

Malitia.

Sparsit Deus infinitas caecitates super infinitas malitias.

Non est indulgendum malitiis hominum.

Si quem malitia propter se ipsam delectet, is ultra modum humanum processit.

Malus.

In criminibus aetatis suffragio minores non juvantur. Etenim malorum mores animi infirmitas non excusat. l. 23. D. 47, 2.

Nemo gratis malus praesumitur.

Semel malus, semper praesumitur malus in eodem genere mali.

Cujus effectus malus est, ejus quoque voluntas male praesumitur. Mascardus.

Mali timent videri, ut magis sint mali.

Quidquid a malo surgit, in malum denique recidit.

Malum semper e malo praesumitur, sicuti bonum e bono.

Mandatum.

Mandatum qui concessit super praeparatorio, non praesumitar concedere super principali.

In mandato de dando nunquam praesumitur electa industria personae.

Mandare intelligitur, qui ab alio mandari patitur.

Mandatum non praesumitur.

Voluntatis est, suscipere mandatum; necessitatis, consummare. Paulus l. 17. §. 3. D. 13, 6.

Diligenter fines mandati custodiendi sunt; nam qui excedit, aliud quid facere videtur.

Quoties certum mandatum est, recedi a forma non debet. l. 46. D. 17, 1.

Ratihabitio mandato comparatur.

Mandatam sibi jurisdictionem mandare alteri non posse, manifestissimum est. l. 5. D. 1, 21.

Mandatum agendi non extenditur ad transigendum.

Non oportet eum, qui certi hominis fidem elegit, ob errorem aut imperitiam heredum affici damno. l. 37. D. 17, 1.

Is, qui, dedit diversis temporibus procurato-

res duos, posteriorem dando, priorem prohibuisse videtur. Julianus.

Causa mandatis melius interdum fieri potest, deterior vero nunquam.

Mandatum, nisi gratuitum, nullum est. Secus in commercio.

Procurator datus ad agendum, intelligitur ad litem perficiendam. Bartholus.

Revocatio mandati non praejudicat procuratori, nisi ad ejus notitiam pervenerit. Idem.

Mandatarius non debet sentire lucrum nec damnum. Idem.

Sicut morte mandantis finitur mandatum, ita et morte mandatarii. Idem.

Revocatio mandati non nocet debitori solventi, in cujus notitiam non pervenit. Idem.

Qui mandat solvi, ipse videtur solvere.
Paulus.

Quicumque alieno nomine agit, de mandato docere debet. Argentraeus.

Ratio suadet, scripto probari debere mandatum, non per testes, nec aliter in judicialibus usus admitti. Idem.

Falsus procurator non est procurator, sicuti solemus dicere, falsum denarium non esse denarium. Idem.

Vera est sententia, juramentum domino delatum non posse per procuratorem praestari, etiamsi speciale mandatum habeat. Idem.

Vulgata est juris sententia, mandato quamlibet generali id nunquam mandatum videri, ex

quo dominus in poenam incidere possit.

Argentraeus.

Obligatio mandati consensu contrahentium consistit. l. 1. D. 17, 1.

A procuratore dolum et omnem culpam praestandum esse, juris auctoritate manifeste declaratur. l. 13. C. 4, 35.

Aliena negotia exacto officio geruntur, nec quidquam in eorum administratione neglectum ac declinatum culpa vacuum est. l. 21. ibid.

Ut tutela, sic procuratio reipublicae ad utilitatem eorum, apud quos commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda. Cic. de officiis.

Manus injectio.

Manus injectio rei persecutionem non continet; sed actiones adjungi solent.

Mare (Littus).

Nemo ad littus maris accedere prohibetur, cum mare sit res naturali jure communis.

Maritus.

Maritus et uxor sunt duo correlativa, et dicuntur socii divinae et humanae domus, et sunt una et eadem caro.

Maritus dicitur plus diligere uxorem quam proprios filios.

Maritus si legavit uxori centum praeter (ultra supra) dotem, censetur legasse etiam ipsam dotem.

Maritus si legavit lectum uxori suae viduae, non praesumitur legasse lectum sericum.

Maritus si legavit uxori victum et vestitum, non censetur eam reliquisse usufructuariam, sed usuariam tantum.

Maritus si uxorem haeredem instituit ex eo, quia ab ipsa is fuerat haeres institutus, si uxor revocavit testamentum, praesumitur etiam ipse suum revocasse.

Maritus potest uxorem interficere in adulterio deprehensam, inspecto jure civili, secus in foro divino.

Maritus non praesumitur occidisse uxorem, ne tam grave scelus commisisse credatur.

Si verberat uxorem, corrigendi animo id fecisse praesumatur.

Moderata enim castigatio est ipsi permissa contra uxorem.

Maritus, qui diu cum uxore habitavit, praesumitur etiam carnaliter cognovisse.

Mariti et uxoris confessio et assertio, quod filius natus in eorum domo et ex illa uxore, non sit mariti filius, sed adulteri, ipsi filio non nocet.

Post adulterium ab uxore commissum eam cognoscendo carnaliter, dicitur remisisse injuriam criminisque accusationem.

Maritus impensas in re dotali, animo repetendi, non donandi fecisse praesumitur.

Maritus non petens interesse loco dotis sibi debitum toto vitae tempore praesumitur donasse.

Maritus renuncians exceptioni non numeratae dotis, creditoribus non praejudicat.

Maritus, stipulatus sibi alimenta praestari, etiam pro uxore stipulatus praesumitur.

Maritum mulier juste timet et veretur.

Marito conficienti testamentum non creditur, si in eo attestatur, se ab uxore sua recepisse centum, cum sit prohibita donatio inter virum et uxorem.

Maritus solus coertionem morum in uxorem habet; solus est vindex tori sui.

Auctoritas, quae debet interponi a marito, debet formaliter inscribi in contractu per verbum auctoriso. Chassanaeus.

Protinus a matrimonio et statim, quam maritus esse et dici potuit, fructus ei tribuuntur. Argentraeus.

Nupta est in potestate mariti, non patris. Argentraeus.

Marito non licet onerare propria uxoris. Molinaeus.

Ob maritorum culpas uxores inquietari, leges vetant. Dioclet. et Maxim. l. 2. C. 5, 12.

Mariti cogendi non sunt aditionibus haereditatum, caeco se periculo implicare, aut quidquam facere contra voluntatem. Argentraeus.

Masculinum.

Masculus et femina si concurrant, melioris conditionis est masculus quam femina.

Masculi citius perficiuntur in utero quam feminae, et major calor est in masculo quam femina, ideo in utero matris majori impetu movetur.

Et ideo etiam masculi sunt viribus fortiores et robustiores quam feminae.

Masculus potest usque ad annum 70 generare, femina usque ad 50 ad summum, et raro: ordinarie tamen maribus 60 annus finis procreandi est, feminis, 45.

Mater.

Nullus affectus, qui vincat maternum.

Placuit eos qui nascuntur, matrum conditionibus uti quarum mox visceribus exponuntur. l. 42. C. 7. 17.

Mater non dicitur supervixisse filio, quando in ipso puerperio cum filio decessit.

Matri filiorum tutelam lex defert, nisi repugnet patris voluntas.

Mater transeundo ad secunda vota ita dicitur inferre injuriam filio, sicut priori marito.

Mater, quae neglexit intra annum tutorem petere filio suo, jure privatur ejus successione.

Matris pietas et amor erga filios tantus est, ut praesumendum non sit, quod bonis eos exuere et secundo viro tradere voluerit.

Matricula.

Matricula est tanquam instrumentum referens aliud, cui non creditur, nisi constet de relato.

Matrimonium.

Matrimonium contrahitur ad procreandam sobolem.

Solo consensu constat, et quamvis sit clandestinum, reddit filios legitimos.

Est potius praesumendum clandestine contractum, quam adulterium.

Matrimonium clam contractum metu et timore contractum praesumitur.

Matrimonium inter pares facile praesumitur.

Matrimonii tanta est libertas, ut, si metu contractum sit, ipso jure reddatur nullum.

Matrimonia non dote, sed affectibus contrahuntur.

Tantá vis est matrimonii, ut qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur.

Medicus.

Medicus censetur conductus eisdem qualitatibus et conditionibus, quibus prima vice conductus fuerat.

Sicuti medico imputari eventus mortalitatis non debet, ita, quod per imperitiam commisit, imputari ei debet: et praetextu humanae fragilitatis delictum decipientis in periculo homines innoxium esse non debet. Ulp. l. 6. §. 7. D. 1. 19.

Medium.

Media praesumuntur, probatis extremis.

Quo quid magis ad medium accedit, eo est melius; quo magis recedit, eo est pejus.

Mendacium.

Mendacium simplex non praesumitur dolose dictum. l. 7. §. 10. D. 4. 3.

Mendax.

Mendax is praesumitur, qui affirmavit, quod nesciebat.

Mens.

Mens est radix verborum et substantia prima.

Menstrua.

Menstruorum reservatio sterilitatis indicium est non semper.

Mensura.

Cum fundus venditur ad mensuram, si plus fuerit inventum quam fuerit dictum, pro toto debetur pretium. Baldus.

Mentiri.

Mentiri nemo praesumitur in articulo mortis.

Meretrix.

Meretrix potest testari, quia expresse non reperitur prohibita.

Metus.

Metus non praesumitur ex sola potentia.

Nunquam praesumitur intervenisse metus et ideo testamentum nunquam praesumitur metu confectum.

Illatus metus durare praesumitur, eadem metus causa exstante.

Metum incutere est delinquere.

Metu fecisse praesumitur, qui erat in periculo instantis mortis.

In alterius praemium verti alienum metum non oportet. Nihil consensui tam contrarium, quam vis ac metus. l. 116 jur. D. 50. 17.

Meum.

Meum est, quod ex re mea, superest, cujus vindicandi jus habeo. l. 49; D. 6.

Miles.

Miles potest testari, quoquo modo vult et sic coniecturis potest haeredem instituere.

Militis in testamento non est locus juri accrescendi.

Miles sciens, se filios habere, si eos non instituat, videtur eos excludere et exhaeredare.

Miles si fecit actum, quem facere non debebat, per errorem et ignorantiam juris fecisse censetur.

Miles qui ignoravit, non contempsit disciplinam.

Miles, qui semel male se gessit in militia, praesumitur, quod n futurum male quoque se geret.

Ab hostibus reversus captus fuisse, non transfuga praesumitur.

Militi relinquenda sunt arma, et scholaribus libri.

Voluntas militis in expeditione occupati pro jure servatur. l. 2. cod. 6. 21.

Militum testamenta juris vinculis non subjiciuntur. l. 3. ibid.

Captatorias institutiones etiam in milites testamento nullius esse momenti, manifestum est. l. 1. ibid.

Arma magis quam jura scire milites sacratissimus Legislator existimavit. Justinianus l. 22. cod 6. 30.

Miles esse potest testiculo altero carens. l. 4. D. 49. 16.

Miles in hostium potestate positus, testamentum facere non potest. l. 10. D. 21. 1.

Minima.

Parum pro nihilo censeter.

De minimis non curat praetor.

Si diversis summis condemnent judices, minimam spectandam esse, Julianus scribit.

Ubique in jure modicitas causae juris regulas relaxat. Argentraeus.

Modicitas summae perjurii praesumptionem eluit. Idem.

Minor.

Minores restituuntur, majores appellant. l. 42. D. 4. 4.

In minore non mutatur causa possessionis.

Minor non laeditur, qui jure communi utitur.

In criminibus aetatis suffragio minores non juvantur.

Etenim malorum mores animi infirmitas non excusat. l. 23 D. 47. 2.

Eventus damni restitutionem non indulget, sed inconsulta facilitas. l. 11. §. 4. D. 4. 4.

Non semper ea, quae cum minoribus geruntur, rescindenda sunt, sed ad bonum et aequum redigenda sunt. l. 24. ibid.

Etiam ubi intervenit patris auctoritas, minor restituitur. Bartholus.

Inter duos minores melior est conditio conventi, si uterque certat; secus, de damno vitando, si alter certet de lucro. Idem.

Minores restituuntur, cum laeduntur, alias non. Idem.

Generaliter, quotiescumque non fit nomine pupilli id, quod quivis paterfamilias idoneus facit, non videtur defendi. Ulpianus.

Tutoris officium praecipuum est, ne indefensum pupillum relinquat. Marcellus.

Minor, non tanquam minor, sed tanquam laesus restituendus est.

Minor nulla de causa donare potest, ne matrimonii quidem. Argentraeus.

Prudenter decrevit antiquitas, minores contractus liberos non habere. Cassiodorus.

Si pecuniam quam mutuam minor accepit,

dissipavit, denegare debet proconsul creditori adversus eum actionem.

Minor aetate praesumitur errore et ignorantia juris, non autem scienter fecisse actum, quem facere non debebat.

Missile.

Missilia qui exceperit, statim efficitur dominus. l. 9. 5. 7. D. 41. 1.

Missio.

Missio causaria est, quae datur ob valetudinem. l. 2. 5. 7. D. 3. 2.

Missio honesta, quae datur emeritis stipendiis. Ibidem.

Mobile.

Mobilia ossibus inhaerent.

Actio ad mobile consequendum, mobilis est: ad immobile, immobilis.

Mobilia legibus domicilii judicantur.

Argentraeus.

Pecunia, quamvis redacta ex re immobili, est mobilis. Idem.

Statuae affixae basibus non sunt aedium, ornatus enim aedium causa parantur, non quibus aedes perficiantur. l. 245, D. 55. 17.

Modicum.

Modicum tempus intelligitur spatium decem dierum. l. 21. §. 1. D. 13. 5.

Non debet totum partagium conturbari sub praetextu modicae inaequalitatis. Argent.

In modico tempore non est magnum praejudicium. Accursius.

Modulus.

Modulos sumere debet nuntiator ut probari possit quid posteá aedificatum jur. l. 8. §. 5. D. 39.

Modus.

Modus non suspendit legati vel fideicommissi acquisitionem et dominii translationem.

Mola.

Molae manuariae et jumentariae continentur instrumentis fundi legatis. l. 16. §. 2. D. 33. 7.

Molendinum.

Molendino dato et solum, cui cohaeret, datum videtur, quia ejus sine solo nullus est usus.

Molendinum aedificans in parte superiore fluminis in ripa sua, licet noceat molendino inferiori, praesumitur tamen id fecisse, ut principaliter sibi prosit.

Molendini construendi concessio a principe facta, praesumitur etiam in praejudicium alterius molendinum habentis.

Monasterium.

Monasterium habetur loco filii.

Moneta.

Monetae mentio facta in statutis, intelligitur de currenti.

Monitio.

Monitio trina pro pignoris venditione necessaria est.

Mora.

Mora ultima nocet. l. 17. D. 18. 6.

Mora nulla intelligitur, ubi nulla petitio est. l. 127. D. 45. 1.

Ob moram praestantur usurae, non ob lucrum. l. 17. D. 22. 1.

An mora facta intelligatur, neque constitutione ulla neque Juris auctorum quaestione decidi potest, cum sit magis facti quam juris. l. 32. pr. D. 22, 1.

Non est magnum damnum in mora modici temporis. l. 21. D. 5. 1.

In omnibus causis pro facto accipitur id, in quo per alium mora fit quominus fiat.

Mora fieri intelligitur non ex re, sed ex persona, id est, si, interpellatus loco oportuno non solverit.

Dies interpellat pro homine.

Nulla mora, ubi nulla petitio.

Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri. Bartholus.

Fur semper est in mora, ideoque ad eum semper spectat periculum interitus. Idem.

Propter moram debitoris, quanti plurimi res valuit, condemnatur.

Mora sua cuilibet est nociva.

Mora rei fidejussori quoque nocet. Paulus. l. 88. D. 45. 1.

Mora conventionalis difficilius purgatur quam legalis.

Morae purgatio, non nisi suadente aequitate, permissa est.

Mors. Mori.

Morientis assertio non probat. l. 3. D. 29. 5.

Si mors est fundamentum agentis, actor debet eam probare.

In omnibus partibus juris, is, qui reversus non est ab hostibus, quasi tunc decessisse videtur, cum captus est.

Sententia lata contra mortuum est ipso jure nulla. Bartholus.

Qui mortui nascuntur, neque nati, neque procreati videntur, qui nunquam liberi appellari potuerunt. Paulus.

Vivos castigare decet, non mortuos. Malum est viris defunctis conviciari. Temerarium est umbram hominis mortui affligere.

Morte extincto crimine, nulla quaestio superest. l. 20. D. 48. 2.

Mori velle nemo praesumitur cum mendacio et peccato et nemo praesumitur mentiri in articulo mortis.

Non omnis moriens est Joannes Evangelista.

Morientis assertioni in alterius praejudicium non est credendum.

Moriens intestatus dicitur tacite disponere.

Mortis appellatione licet intelligatur de morte naturali, ut tamen actus sustineatur, intelligi debet de morte civili.

Mortem occisi ulicsci, permissum est omnibus sanguine conjunctis.

Mortuum in carceribus lex praesumit culpa custodis obiisse.

Mos.

Ea, quae sunt moris, pro expressis habenda sunt.

Mulier.

Mulier familiae suae et caput et finis est.

Jura subveniunt mulieribus deceptis, non decipientibus.

Mulier de bonis viri est alenda. Argentraeus.

Nunquam hae duae res, navis et mulier, satis ornantur, neque eis ulla satis ornandi satietas est. Idem.

Non omnis acquisitio communicatur inter virum et uxorem, solum ea, quae fit constante matrimonio, et quae non pendet a jure alterutri eorum ante matrimonium quaesito. Molinaeus.

Mulier brevi tempore reversa ad maritum, non videtur a marito divertisse.

Delinquentibus mulieribus non subvenitur.

Mitior circa mulieres debet esse sententia,

quas pro infirmitate sexus minus austeras esse confidimus. l. 5. §. 3. C. 9. 8.

Mulieres fovemus non pro lucro, sed ne damnum patiantur, neve suis rebus defraudentur curamus. Justianus.

Mulier taceat in ecclesia.

Mulier decipiens non juvatur Vellejano l. 30. D. 16. 1.

Mulier dicitur domus mariti.

Mutabilis est et viro inconstantior.

Facile praesumitur mutasse suam dispositionem, et voluntatem.

Mulierem posse nubere, publice interest.

Mulierem sine seminum commistione concipere posse, negant.

Mulier sui natura avara est.

Mulier, tanquam minor, suum praesumitur jus ignorare.

Mulier conjugata inter vivos donare in detrimentum mariti nequit.

Mulier intercedens pro alio et post biennium confirmans obligationem, praesumitur non alterius, sed propria causa intercedere.

Ventris nomine missa in possessionem bonorum, si praegnans non reperiatur, non restituit fructus et alimenta, nisi calumniae id causa fecisse convincatur.

Mulier renunciaus hypothecae super donatione propter nuptias assignatae, blanditiis viri inducta praesumitur.

Mulieris honestas non patitur, ut judicum subsellia frequentet.

Mulsum.

Mulsum non continetur appellatione vini.

Munus.

Quotiens duobus non separatim, sed pro indiviso munus injungitur, unusquisque eorum periculo soliditatis videtur obstrictus.

Murus (Conf. Paries.)

Mutatio.

Mutationes non praesumuntur.

Mutatione personae mutatur conditio rei.

Mutata forma prope interimit substantiam rei.

Facite mutari non debet, quod per longa saecula custoditur. Athalaricus.

Mutuum.

Mutuum dicitur quasi de meo tuum fit, et ideo si non fit tuum, non nascitur obligatio. l. 2. §. 2. 12. 9, 1.

Mutuans decem, cum pacto, ut novem restituantur, residuum praesumitur donare.

Datum sub usuris, recipientis gratia praesumitur.

Mutuans pecuniam male consumpturo bonae fidei non praesumitur.

Mutuum damus recepturi non eandem speciem, quam dedimus. l. 2. D. 12. 1.

In mutui datione oportet dominum esse dantem.

Non unde originem pecunia, quae mutuo datur, habeat, sed qui contraxit, si ut propriam numeravit, in hujus modi obligationibus requiritur. l. 7. C. 4. 2.

Ante tempus debita exigi non possunt. l. 1. C. 4. 9.

N.

Nati.

Nati plures eodem partu dicuntur simul nati.

Natura.

Natura est ab ipso Deo, qui est natura naturans.

Natura perfecte omnia parit.

Virtutum omnium initia dedit, atque rebus eam vim inseruit, ut appetant sui conservationem et corruptioni resistant.

Nunquam aliud natura, aliud sapientia poscit.

Pene similis omnium hominum natura est. Iustinianus l. 18. C. 4. 38.

Naturale.

Naturale praevalet accidentali. l. 3. D. 26. 1.

Naufragium.

Naufragium passus prope littus, si res jacta-

vit, praesumitur eo animo jactasse, ut recuperaret.

Navis.

Navis destructa et refecta eadem esse dicitur, carina manente. l. 24. §. 4. D. 30. 1.

Navis si reficitur, eadem manet forma, et dicitur eadem navis, et ideo, si fuit legata, ex refectione non amittitur legatum, sicut quando destruitur et nova conficitur.

Omnes, quorum interest, navem salvam esse, contribuere debent.

Proprietas totius navis carinae causam sequitur.

Magistrum navis accipere debemus, cui totius navis cura mandata est.

Necessitas.

Necessarium illud dicitur, cujus contrarium est impossibile.

Quae propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi. Paulus.

Nemo in necessitatibus praesumitur liberalis.

Negatio.

Quod gratis asseritur, gratis negari potest.

Negans delictum in tortura et in ea moriens persistens praesumitur innocens et sic prorsus purgasse omne indicium.

Negare nil aliud est quam verbis claris non affirmare.

Negativa praesumptio fortior est affirmativa.
Negativam deducens eam probare debet.

Negligentia.

Negligens nemo praesumitur, praesertim quando agitur de commodo et lucro.

Tempus negligentiae auctoris conjungitur cum negligentia successoris. Bartholus.

Negligentiae ad negligentiam admittitur compensatio. Accursius.

Magna negligentia culpa est; magna culpa dolus. l. 29. Pr. D. 17. 1.

Nihil facilius, quam negligentiam adumbrare praetextu ignorantiae. Argentraeus.

Negotiorum gestor.

Negotium alterius nomine gerens, non praesumitur donare.

Negotia alterius gerens per aliquot dies aut menses, non praesumitur animo obligandi perpetuo facere.

Propria prius curare quam aliena, quis praesumitur.

Videtur gessisse, qui per alium gessit. Ulpianus. l. 5. §. 3. D. 26. 7.

Negotium gerentes alienum, non interveniente speciali pacto, casum fortuitum praestare non compelluntur. l. 22. cod. 2. 18.

Qui alterius negotia administranda suscepit, id praestare debet in sua persona, quod in aliorum. Julianus l. 31. D. 17. 1.

Ratihabitio constituet tuum negotium, quod ab initio tuum non erat, sed tua contemplatione gestum. Julianus l. 6. D. 3. 5.

Iniquum est, eum qui non prohibuit, alieno facto liberari. l. 8. ibid.

Gestor tenetur totum reddere, quod ad se pervenit.

Sufficit negotium utiliter esse gestum respectu domini, licet effectum utilem non habuerit.

Negotiorum gestor tenetur domino restituere, quod ejus nomine exegit, etiam si sit indebitum, sed si indebitum solvit, a domino non recuperat. Paulus.

Negotiorum gestor de lata et levi tenetur, non de levissima Argentraeus.

Quod is non recte gessit, tu mihi actione negotiorum gestorum teneris, non in hoc tantum, ut actiones tuas praestes, sed etiam, quod imprudenter eum elegeris: ut quidquid detrimenti negligentia ejus fecit, tu mihi praestes. l. 21. §. 3. D. 3. 5.

Nepos.

Appellatione liberorum etiam nepotes continentur. l. 220. D. 50. 16.

Sublato filio de medio, nepos succedit loco filii. Bartholus.

Nobilitas.

Equi et canis nobilitas est, ut boni sint generis; hominis vero, ut animum habeat omni genere virtutum exornatum.

Nobilis praesumitur datae fidei observantissimus, munificus et liberalis.

Nobiles et divites praesumuntur innocenter vivere, et de eis semper bene est praesumendum.

Magis praesumitur pro nobili quam pro ignobili; pro divite quam pro inope.

Nobili convenit vitae honestas et castitas.

Nobiles in electionibus magistratuum et officiorum sunt aliis anteponendi.

Nobilis mulier, nubendo ignobili, amittit nobilitatem.

Nocere.

Sua quisque ita curare debet, ne alteri noceat. l. 1. D. 39. 3.

Nolle.

Nolle non dicitur, qui non potest velle. l. 101. D. 35. 2.

Nomen.

Falsi nominis vel cognominis asseveratio poena falsi coercetur; sed nominis mutatio, sine fraude, non est illicita.

Nominatus.

Nominatus primo in contractu praesumitur principalis, secundo vero fidejussor.

Notarius.

Notarius ad naturam judicis prope accedit, et est judex chartularius, habens jurisdictionem inter volentes.

Notarius de dolo et imperitia tenetur.

Argentraeus.

Notarii ad scribendos contractus constituti, non possunt scribere forensia.

Notarium in suo munere et officio non errasse creditur.

Notarios creandi facultas soli principi est reservata.

Notorium.

Notorium contra praesumptionem juris et de jure admittitur.

Novatio.

Non aliter fit novatio, quam si, novare se, diserte contrahentes expresserint, alioquin manet pristina obligatio.

Voluntate solum, non lege esse novandum. l. 8. C. 8. 41.

Qui recte solvitur, is etiam novare potest. l. 10. D. 46, 2.

Novatio expresse fieri debet.

Novationem faciens se ipsum liberare voluisse praesumitur, non obligare pro alio.

Novum, Novitas.

Quae emergunt de novo, novo indigent auxilio.

Quieta non movere.

Novitas omnis praesumitur mala.

Novitates solent dissidium parere.

Novitates arguunt fraudes, quando aliquid teneatur contra solitam et antiquam consuetudinem.

Noxa.

Noxae et delicta caput sequuntur. l. 17. D. 47. 10.

Nullitas.

Quod nullum est, nullum parit effectum.

Quod nullum est, rescissione non eget.

Quod nullum est in uno, nullum est in omnibus.

Quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere. (Regula Catoniana.)

Nullitas respectu certae parsonae, ea tacente, conquiescit. Argentraeus.

Nullitas ex causa publica titulum non tribuit. Idem.

Illud singulariter notandum, quod res quae ab initio vitiosa fuit, tractu temporis robur sumat, si impedimentum cesset, et nova causa superveniat, quae actum confirmet.

Si confirmabile sit nuullum, pariter vel supremi principis confirmatio nulla cst. Molinaeus.

Numerus.

Numerus pluralis in duobus verificatur.

Nummi.

Falsi nummi, nulli nummi.

Nummilarius.

Nummeralii coguntur edere suas rationes, ut argentarii. l. 9. D. 2. 13.

Nuncius.

Nuncians alteri, ne in fundo Sempronii fabricet, tanquam illius procurator facere praesumitur.

Nuncium etiam sine liberis recipiens, si non contradicat, praesumitur nunciata approbasse.

Nuptiae.

Cum legitimae nuptiae factae sunt, patrem liberi sequuntur, vulgo quaesiti matrem. l. 19. l. 24. D. 1. 5.

Furor nuptias impedit, factas vero non infirmat.

Nuptias non concubitus, sed consensus facit.

Habilis ad nuptias, habilis videtur ad pacta omnia et renuntiationes, quae apponi in talibus solent. Molinaeus.

Conditio de nubendo alterius arbitrio rejicitur, ideoque non nocet, si ille, qui arbitrari debet, ante moriatur. Bartholus.

Nupta est in potestate mariti, non patris.

Uxorum contractus sibi utiles non irritantur. Argentraeus.

Lex naturae haec est, ut qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur. l. 24. D. 1. 5.

Tanta vis est matrimonii, ut, qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur.

Libera debent esse matrimonia.

Vinculum matrimonii indissolubile est, atque ideo sola morte unius e conjugibus potest dissolvi.

Nuptias binas contrahens infamis est. l. 1. D. 3. 2.

O.

Oblatio.

Si quid oblatum sit, eo modo agnoscendum aut rejiciendum, quo oblatum est.

Obligatio.

Obligationem reddens debitori creditor videtur pactus de non petendo. l. 2. D. 2. 14.

Contrariis modis tolluntur obligationes, quibus colligatae sunt.

Certissimum est, ex alterius contractu neminem obligari. l. 3. f. Cod. 4. 12.

Obligari ex omni contractu pupillus sine tutoris auctoritate non potest, acquirere autem sibi stipulando, etiam sine tutoris auctoritate, potest. l. 9. pr. D. 26. 8.

Naturalis obligatio impedit repetitionem soluti. Bartholus.

In his, quae per epistolam geri possunt, per eam inducitur obligatio. Idem.

Obligatio personalis non sequitur fundi possessorem. Idem.

Si dies certa in obligatione sit apposita, semper dies interpellat pro homine. Argentraeus.

Obligationis mentio in statuto facta, de civili intelligenda est; naturalium enim nullum esse effectum in statutis, constat. Argentraeus.

In obligationibus faciendi, post moram succedit obligatio in id, quod interest.

Consensu fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, societatibus, mandatis. l. 2. D. 44. 7. et act.

Cum nulla subest causa praeter conventionem, constat, non posse constitui obligationem.

Multa sunt obligatione individua, quae solutione dividuntur.

Non idcirco obligatio cessat, quod et dies et consules additi non sint. l. 34. §. 1. D. 20. 1.

Tot sunt obligationes, quot summae.

Multum interest, utrum aliquis obligetur, an aliquis liberetur. Ubi de obligando agitur, propensiores sumus ad negandum, si habeamus occasionem; ubi de liberando ex diverso, faciliores sumus ad liberandum.

Nihil prohibet ex pluribus causis eandem obligationem coalescere, quarum una deficiente, altera salva maneat. Quamdiu autem aliqua vel minima causa subest, tamdiu sustinetur obligatio; semper enim interpretatio fieri debet potius, ut actus valeat, quam ut intercidat.

Obligari quis non dicitur solo animo et sola voluntate, nisi Deo.

Obligat et remittit quis facilius, quam quod re vera donet.

Obligatus ad annuum reditum, si probet solutionem primorum et posteriorum annorum, praesumitur, quod medio tempore solverit.

Obscuritas.

Obscure respondere et nihil respondere, paria sunt. l. 11. §. 7. D. 11. 1.

Aliud est obscuritas, aliud ambiguitas: ambiguum quidem semper obscurum est, non autem omne obscurum est ambiguum.

Obsignatio.

Obsignatio debiti solemniter fieri intelligitur, quae fit opportuno tempore et loco. Gothofredus.

Obsignatione totius debitae pecuniae solemniter facta, liberationem contingere, manifestum est. l. 9. cod 8. 42.

Occasio.

Qui occasionem praestat, damnum fecisse videtur. Paulus. l. 30. §. 3. D. 9. 2.

Occidere.

Nihil interest, occidat quis, an causam mortis praebeat. Ulpianus.

Occidisse se ipsum nemo praesumitur.

Occidens se ipsum Deum Optimum Maximum naturam et Rempublicam laedit.

Occidere is dicitur, qui gravi infirmitate laborantem deserit, et negligit.

Occultans.

Occultans jura et instrumenta praesumitur fovere malam causam.

In occultis accipitur semper interpretatio in optimam partem.

Occupatio.

Occupantis melior solet esse conditio quam caeterorum. l. 52. pr. D. 15. 1.

Odium.

Odia restringenda, favores ampliandi.

Quod odio fit, fraude carere nequit.

Argentraeus.

Rescriptum principis in odiosis stricte interpretandum. Cujacius.

Officium. Officialis.

Iniquum est, damnosum cuique esse officium suum. l. 7. D. 29. 3.

Triplici officio fungi nemo potest. l. 13. §. 4. D. 36. 1.

Officii necessitas excusat inquisitorem, ut in eo dolus non praesumatur.

Officiales magis deferre potentibus, quam petentibus justitiam, praesumitur.

Officialium Ecclesiasticorum dicta et facta lex maxime in meliorem partem interpretatur.

Officina.

Officinam ubi quis habet, ibi citari potest. l. 19. D. 5. 1.

Omnes.

Quod omnes similiter tangit, ab omnibus debet comprobari. Justinianus. l. 5. C. 5. 59.

Onus.

Res transit cum onere.

Neque enim ferendus est is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit. l. 1. §. 4. Cod. 6. 5.

Onus per modum inducitur illi, cui sub modo relinquitur.

Onere duplici quem onerare se velle, non est verisimile.

Operarius.

Dignus est operarius mercede sua.

Opinio.

Juste creditur, quod communiter creditur.

Opinio verior ea praesumitur, quae a majori Doctorum parte recipitur et approbatur.

Opinio doctorum communis vim consuetudinis obtinet.

Opinionum in conflictibus inter Theologos et interpretes juris Pontificii plus deferendum est canonistis.

Opinionibus dubiis judex sequi debet eam, quam in sui conscientia judicat veriorem.

Opinionibus adeo dubiis, ut veritas nequeat discerni, judex jure suo potest rem controversam aequaliter inter contendentes dividere.

Opiniones novas et singulares in materia morali pertinaciter tuens contra omnes receptas sententias, suspectus est de haeresi.

Optio.

In optionibus cum semel dixerit haeres, utrum dare velit, mutare sententiam non poterit.

Optione facta, jus eligendi consumitur.

Opus, Opera.

Operae promissae duobus, illi sunt prius praestandae, cui prius sunt promissae.

Paulus de Castro.

Si tui operis vitio accidit, tuum erit detrimentum.

Ordo.

Ordines minores sub majoribus includuntur.

Origo.

Attendi debet naturalis origo, non id, quod ultra incidit.

Nemo sua voluntate propria origine eximi potest, multo minus patris voluntate.

Osculum.

Osculum impudicum luxoriose et turpiter

alteri dans poena arbitraria judicis punitur. Glossa ad l. 1 pr. D. 47. 11.

Oves.

Oves recuperans a lupo ereptas tenetur eas restituere vero domino; alioqui furtum committit.

P.

Pactum.

Illud tenendum est, pacta contra bonos mores, aut adversus jus publicum vel naturale aut contra juris regulas non valere.

Non nudis pactis, sed traditionibus rerum dominia transferuntur.

Pacta dant legem contractui.

Pacta novissima servari oportere tam juris quam ipsius rei aequitas postulat. l. 12. C. 2. 3.

Quid tam congruum fidei humanae, quam ea, quae inter eos placuerunt, servare? Ulp. l. 1. pr. D. 2. 14.

Pacta, quae turpem causam continent, non sunt observanda. l. 27. §. 4. ibid.

Quotiens pactum a jure communi remotum est, servari hoc non oportet. l. 7. §. 16. ibid.

Contra juris civilis regulas pacta conventa rata non habentur. l. 25. ibid.

Pactis privatorum formam juris fiscalis convelli, non placuit. l. 42. ibid.

Privatis pactionibus non dubium est non laedi jus caeterorum. l. 3. D. 2. 15.

Pactum personale non porrigitur ad haeredem.

Qnod fit per legem, fieri potest per pactum.
Bartholus.

In stipulationibus jus continetur, in pactis factum. l. 27. §. 2. D. 2. 14.

Pacta in continenti adjecta censentur in contractu et partem contractus facere. Pactum autem incontinenti censetur, quod est eodem die.

Non valet pactum de haereditate viventis, nisi ipse voluntatem suam eis accommodaverit, et in ea usque ad extremum vitae spiritum perseveraverit. l. 30. C. 2. 3.

Palinodia.

Revocatio injuriae, seu palinodia, non excusat injuriantem, quominus in aestimationem quoque injuriae possit condemnari.

Pallium.

Pallii usus Archiepiscopo concessus privilegium personale est, et cum eo pallium sepelitur.

Pannum.

Pannis, qui in domo erant, legatis, non cencentur legatae vestes.

Papa.

Papa ardua Ecclesiae negotia cum consilio Cardinalium expedire solet.

Non tamen compellitur eorum consilium sequi.

Non praesumitur concessisse ea, quae irrationabilia sunt.

Conferens beneficium consanguineo praesumitur motus affectione sanguinis, non revelatione spiritus.

Par.

Par in parem nullum habet imperium.

In re pari potiorem causam prohibentis esse, constat. l. 28. D. 10. 3,

Inter pares numero Judices, si dissonae sententiae proferantur, in liberalibus quidem causis pro libertate statutum obtinet, in aliis autem causis pro reo. l. 38. D. 42. 1;

Paradisum.

Paradisum non reperiri affirmans, purgatorium, vel infernum, haereticus praesumitur.

Parere.

Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non paruit.

Paria.

Paria sunt, non esse aliquid, vel non esse legitime.

Paria sunt, aliquid fieri tempore prohibito, aut conferri in tempus prohibitum. Molinaeus.

Paria sunt, non exstare, aut non exstitisse.

Paria sunt, non facere tempore praefinito, aut facere forma non expleta.

Aequitas paribus in causis paria jura desiderat.

Paries.

Paries praesumitur proprius et non communis, quando habet inscriptionem; quod aedificatus fuit ab aliquo suo sumptu.

Res ad eum pertinere praesumitur, qui fecit impensam.

Paries, qui habet sculpta insignia, praesumitur ejus, cujus sunt insignia.

Scripta in lapidibus, parietibus et monumentis fidem faciunt, rem ejus esse, cujus est inscriptio.

Jus patronatus praesumitur illius esse, cujus inscripti lapides in foribus et januis Ecclesiae repositi apparent.

Et arma et insignia sculpta in Ecclesia conierturam faciunt, quod is, cujus sunt ipsa insignia, st in quasi possessione juris patronatus dictae Ecclesiae.

Res illorum esse praesumuntur, quorum signa et nomina inscripta vel imposita in eis sunt.

Paries illius esse praesumitur, qui a suo latere immissum signum habet ultra dimidium

ipsius muri, si autem non excedet dimidium, praesumitur communis.

Idem, quando exstant fenestrae perforantes totum murum ex parte unius tantum, quia illius paries praesumitur: si vero essent plures inservientes una uni vicino, altera alteri, tunc paries censetur communis.

Idem, quando exstant fenestrellae ex parte parietis tantum; si vero ex utroque latere exstant, praesumitur communis.

Idem quando exstant tubuli, camini vel latrinae; si enim sunt citra medium muri, particularis illius paries praesumitur.

Idem, quando exstant fistulae vel canales intra vel citra medium muri.

Idem, quando exstant infixi lapidibus annuli, quibus alligari solent equi; si enim ab uno latere sunt tantum infixi, particularis est paries, si ex utraque parte exstant, communis censetur.

Idem, quando exstant in pariete lapides illi, quibus vites sustinentur, si ex utraque parte parietis sunt, arguitur paries communis; si ab uno latere tantum ejus, praesumitur, a cujus parte infixae sunt.

Idem, quando exstant in ipso pariete lampades ferreae, si ex utroque latere sunt, communis; si ex uno tantum, illius esse paries praesumitur.

Idem, quando eodem modo exstant lapides perforati.

Paries talis praesumitur totus, qualis indicatur illa pars, in qua signa exstant.

Paries si non habet aliquod signum, unde cognosci possit, an sit communis vel particularis, et unus vicinorum est in quasi possessione ipsius tanquam proprii, hoc casu praesumitur ipsius, qui est in quasi possessione.

Et quando ambo vicini sunt in quasi possessione, communis censetur.

Paries communis regulariter praesumitur communis pro diviso.

Secus, si adeo tenuis esset, ut super eo aedificari non posset, quia pro indiviso praesumitur communis.

Pars.

Partem facit qui non est sed esse speratur. l. 16. D. 30. 1.

Partem qui non capit, quis indignus, nihilominus partem facit. l. 7. D. 31, 1.

Partem facit ille, qui speratur admitti ad partem. l. 1. D. 37, 4.

Partagium.

Non debet totum partagium conturbari sub praetextu modicae inaequalitatis. Argentraeus.

Partes,

Ubi partes expressae non sunt, aequales sunt.

Partus.

Fructus et partus futuri recte emuntur.

Attamen politia prohibet viridium segetum emptionem.

Qui in utero est, perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur, quoties de commodis ipsius partus quaeritur. l. 7. D. 1, 5.

Partus antequam edatur, mulieris portio est vel viscerum. l. 1. §. 1. D. 25, 4.

Publice interest, partus non subjici, ut ordinum dignitas, familiarumque salva sit. l. 1. §. 13. ibid.

Parum.

Parum pro nihilo censetur. De minimis non curat praetor.

Parum et nihil aequiparantur.

Passagium.

Passagium quod datur pro vehiculo dominus vehiculi solvit; sed pro rebus ibi positis solvit dominus earum. l. 60. D. 19, 2.

Pater.

Patris delictum filio innocenti nocere non debet.

Pater est is, quem justae nuptiae demonstrant, quidquid in contrarium vir et uxor dixerint.

Pater consilium capit pro liberis.

Praesumptio propter naturalem effectum facit, omnia patri videri concessa. l. 28. §. 3. D. 34, 3.

Arbitrium patris summum judicium esto.

Lex supplet judicium patris.

Etiam ubi intervenit patris auctoritas, minor restituitur. Bartholus.

Et injustam mulctam pupillo debitam gratis remittere tutor non potest; pater potest. Faber.

Paterna potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere. l. 5. D. 48, 9.

Filius familias in publicis causis loco patris familias habetur. l. 9. D. 1, 6.

Cujus pater in hostium potestate est, tutorem dari non posse, palam est.

Patientia.

Si tacuit, palam est, eum voluisse: patientiae consensus inest: qui tacet, videtur consentire.

Scientia patientiam efficit; patientia tacitum consensum inducit. Argentraeus.

Consuetudo, usus, patientia justissimi tituli sunt et praesidium ad honores, jurisque constituti loco habendae sunt, proque omni ratione sufficit sic esse consuetum fieri. Gothofredus.

Patria.

Patria dicitur communis omnium nostrum parens.

Patriae multa debemus.

Ubi bene ibi patria.

Ibi bene ubi patria.

Patrimonium.

Absumptum non videtur, quod in corpus patrimonii versum est.

Patrimonium augere in dies quis praesumitur.

Pauper.

Pauper de praesenti, praesumitur etiam retro fuisse pauper.

Pauperibus industria vel augmentum patrimonii, quod laboribus et multis casibus quaeritur, interdicendum non est. l. 10. C. 5, 51.

Pauperis non misereberis in judicio.

Salomo rex.

Id quod pauperibus testamento vel codicillis relinquitur, non, ut incertis personis relictum, evanescat, sed omnibus modis firmum ratumque consistat. l. 24. cod 1, 3.

Peccatum.

Peccatum non cognovi nisi per legem.

Pectus.

Pectus est quod facit disertos.

Peculium.

Quidquid filio-familias advenit extra rem patris, peculio adventitio annumeratur.

Filii-fam. in castrensi peculio vice patrum familiarum funguntur. l. 2. D. 14, 6.

Pecunia.

Reproba pecunia non liberat solventem. l. 24. §. 1. D. 13, 7.

Pecunia falsa non dicitur pecunia, nec solventem liberat.

Pecunia in sacculo alicui tradita praesumitur deposita.

Pecuniam legans testator praesumitur de usuali et currente intellexisse.

Pecunia quamvis redacta ex re immobili, est mobilis. Argentraeus.

Non quaeritur origo pecuniae.

Pecunia communis est rerum utilium mensura. Grotius.

Pecuniam a te datam, si haec causa, pro qua data est, non culpa accipientis, sed fortuito casu non est secuta, minime repeti posse, certum est. l. 10. Cod 4, 6.

Pendere.

Pendente causa pendet causatum. l. 25. D. 7, 1.

Pensio.

Pensionem pro futuro recipiendo dominus emphyteutam in jure suo confirmat.

Percussor.

Ille, qui immediate percutit percussorem suum, videtur facere ad defensam. Baldus.

Perduellio.

Sola voluntas perduellionem non facit, sed initium facti, id est factio vel conjuratio. Cujacius.

Peregrinus.

Peregrini capere non possunt haereditatem.

Peregrinus capax est eorum, quae sunt juris gentium.

Periculum.

Qui non habet, quod perdat, ejus periculo nihil est.

Fur semper est in mora, ideoque ad eum semper spectat periculum interitus. Bartholus.

Ubi majus periculum, ibi cautius agendum est.

Periculum rei in se suscipiens praesumitur emisse.

Perjurium.

Perjurius semel semper in posterum peierare praesumitur, et sic reiiciendus est a juramento praestando.

Satis inhumanum esse videtur, per leges, quae perjuria puniunt, viam perjuriis aperiri. l. 2. in f. Cod. 6, 40.

Perjurium est mendacium juramento firmatum. Argentraeus.

Permissum.

Permissa omnia regulariter censentur, quae expresse prohibita non reperiuntur.

Permissum ob causam censetur, quatenus ea urget, et non ultra permissum.

Non omne, quod licet, honestum est; attamen ubi non est lex, nec praevaricatio.

Non debet, cui plus licet, quod minus est, non licére. In eo quod plus est, semper incst et minus.

Non est singulis permittendum, quod per judicem fieri debet. Argentraeus.

Permutatio.

In permutationibus unaquaeque res pretii et rei loco habetur.

In permutatione discerni non potest, uter venditor sit. l. 1. §. 1, 18.

Simplex permutatio conditionem rei non mutat.

Perpetuum.

Perpetnum praesumitur in dubio, quod temporale potest esse et perpetuum.

Persona.

Persona personae accessoria esse non potest.

Persona penitus incerta instituta, corruit ipso facto institutio.

Persona extrinseca non praesumitur.

Ob meritum personae non est a jure communi recedendum.

Una persona fungens vice duorum pro duobus habetur. Argentraeus.

Difficile est, ut unus homo duorum vicem sustineat. l. 9, pr. D. 2, 14.

Omnis potestas extra fines potestatis attributae aut propriae, privata est persona. Idem.

Mutata persona, non mutatur conditio rei.

Omne jus personarum causa constitutum est. l. 2. D. 1, 5.

Parum est jus nosse, si personae, quarum causa constitutum est, ignorentur. §. 12. Inst. 1, 2.

Non ante juris ratio quam persona quaerenda est. l. 14. D. 29, 7.

Petitio.

Nemo auditur foris petens, quod intus habet.

Dolo facit, qui petit, quod redditurus est.

Si ex duobus petitoribus alter victus acquieverit, alterius petitioni non praejudicatur, idque ita rescriptum est. l. 63. D. 42, 1.

Petitorium.

In materia petitoria non cadunt provisiones. Idem.

Phasianarius.

Phasianarii non continentur avibus legatis. l. 66. D. 32. 1.

Physiognomia.

Physiognomia mala, aliis adiuta adminiculis, torturae facit locum.

Facies hominis ad similitudinem pulchritudinis coelestis est figurata. l. 17. C. 9, 47.

Pietas.

Pietas est relinquere piae causae.

Pignus.

Pignus rei suae nemo contrahit. l. 33. D. 41, 3.

Pignus in dubio praesumitur idoneum et sufficiens,

Pignus, tanquam sortis accessorium, illius naturam sequitur.

Pignori sibi datam rem scienter ementes, praesumuntur invicem consentire pignoris jus remittere.

Pignora a judice victori assignata, pro toto debito assignata praesumuntur.

Pignore restituto, non censetur remissum ipsum debitum.

Qui pignori plures res accepit, non cogitur unam liberare, nisi accepto universo, quantum debetur. Quod si non solvere, sed alia ratione satisfacere paratus est debitor, forte, si expromissorem dare vult, nihil prodest. l. 10. D. 13, 7.

Minus alienat, qui pignori dat, quam qui vendit.

Pro omni obligatione et naturali pignus dari potest. Bartholus.

Pignori rem acceptam usu non capimus, quia pro alieno possidemus. Paulus.

Sciendum est, ubi jussu magistratus pignus

constituitur, non alias constitui, nisi ventum fuerit in possessionem. l. 36. §. 1. D. 13, 7.

Si, cum nulla sententia praecessisset, capta sunt pignora, possunt revocari. Ulpianus.

Ab executione non est incipiendum. Paulus.

Si quis rem alienam mihi pignori dederit, sciens prudensque, crimine stellionatus plectetur.

Si quis alii obligatam rem mihi obligaverit, nec me de hoc certioraverit, crimine stellionatus plectetur.

Plenus.

Plenum compromissum est, quando compromittitur de omnibus controversiis.

Pluralitas.

Pluralitas in delictis non praesumitur.

Quod major pars curiae effecit, pro eo habetur, ac si omnes egerint. Scaevola.

Amplior pars obtineat, ita ut, quod pluribus placet, hoc statuatur.

Plus.

Plus cautionis est in re quam in persona.

Minor summa inest majori.

Major quaestio minorem causam ad se trahit. Paulus.

Majorem esse partem pro modo debiti, non pro numero personarum, placuit; quodsi aequales sint in cumulo debiti, tum plurium numerus creditorum praeferendus est. l. 8. D. 2, 14.

Poena.

Poena instituti non debet esse praemium substituti. l. 15. D. 29, 5.

Poena non est judicis voluntate, sed legis auctoritate pendet. l. 1. D. 48, 16.

Nulla poena sine lege.

Nulla poena sine crimine.

Nullum crimen sine poena legali.

Ne bis in idem. l. 14. D. 48, 2.

Inspecta calumniatoris qualitate, injuriarum gravitate, pondere et atrocitate, aliisque circumstantiis, poena est infligenda.

Poena caput sequitur, non rem.

Ne poena tempore determinata, contra sententiae fidem ulterius porrigatur. l. 8. D. 3, 1.

Poenae ab haeredibus peti non possunt, si non est quaestio mota vivo eo, qui deliquit. l. 16. §. 3. D. 39, 4.

Sancimus, ibi esse poenam, ubi et noxa est. Peccata igitur suos teneant auctores, nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum. Alieni sceleris poenam nemo sentiat. l. 22. Cod 9, 47.

Ibi debet quis puniri, ubi deliquit. Bartholus.

Fere in omnibus poenalibus judiciis et aetati et imprudentiae succurritur. Paulus.

Poenae persecutio magistratus voluntati non mandatur, sed legis auctoritati reservatur.

Argentraeus.

Poena ab lege statuta non est in potestate judicantis.

In vindicandis injuriis, haec tria lex secuta est, ut aut eum, quem punit emendet, aut ut poena ejus caeteros meliores reddat, aut ut, sublatis malis, securiores caeteri vivant. Seneca.

Poena constituitur in emendationem hominum. Paulus. l. 20. D. 48, 19.

Interpretatione legum poenae molliendae sunt potius quam exasperandae. l. 42. ibid.

Indulgentia infamiam criminis non tollit, sed poenae gratiam facit. l. ult C. 9, 43.

Impunitas delicti propter aetatem non datur, si modo in ea quis sit, in quam crimen, quod intenditur, cadere potest. Alex. l. 7. C. 9, 47.

Vanae voces populi non sunt audiendae. l. 12. ibid.

Non remitti poenam facile, publice interest, ne ad malefica temere quisquam prosiliat. l. 14. ibid.

Poenam delicti princeps sine causa remittere potest.

Poenalia.

Cogitationis poenam nemo patitur. l. 18. D. 48, 19.

Poena non irrogatur, nisi quae quaque lege vel alio jure specialiter huic delicto imposita est. l. 131. §. 1. D. 50, 16.

Politia.

Politia est ordo quidam incolentium civitatem, in dominatione et subjectione consistens.

Aristoteles.

Pollicitatio.

Pollicitatio est solius offerentis promissum, non duorum consensus, non pactum, non conventio.

Pollicitatio nullam obligationem inducit nec civilem, nec naturalem, nisi facta rei publicae et adhuc ex justa causa. Molinaeus.

Pontifex.

Pontifici maximo omnis a Deo data potestas.

Pontificis potestas nulla est adversus leges civiles, nisi cum iniquae sunt et injustae.

Portio.

Portio portioni accrescit, non personae et semper cum onere. l. 83. D. 29, 2.

Positio.

Positionibus adversarii varie respondens, praesumitur per fraudem respondere. et perjurus censetur.

Positioni nemo tenetur respondere, qua detegi possit perjurium suum.

Positio cujus est, ejus est privatio. l. 4. D. 29, 2.

Positum.

Posita intra fines rei venditae ad emptorem pertinent.

Positi in conditione non sunt in dispositione.

Posse.

Posse ea dicimur, quae possumus honeste.

Posse censetur, qui dolo facit, quominus possit. l. 15. D. 43, 24.

Possessio.

Moribus et usu fori etiam possessio solis legibus obligat.

In minore non mutatur causa possessionis.

Spoliatus ante omnia restituendus.

Jura metimur a possessore.

Melior est causa possidentis.

Non recte possidet, qui dolo malo possidet.

Dolo facit is, qui se offert petitioni. l. 13. §. 13. D. 5, 3.

Omnis, qui se offert petitioni quasi possidens tenetur. ibid.

Post litem contestatam omnes incipiunt malae fidei possessores esse, quinimo post controversiam motam. l. 25. §. 7. ibid.

Is, qui dolo fecit, quo minus possideret, ut possessor condemnatur. l. 23. §. 8. ibid.

Non videtur possessionem adeptus is, qui ita nactus est, ut eam retinere non possit. Javolenus l. 22. D. 41, 2.

Inscio domino, per colonum praejudicium possessioni imponi non potest.

Dominium sine possessione non acquiritur.
Argentraeus.

Cogi possessorem ab eo, qui expetit, titulum suae possessionis dicere, incivile est.

Possessio non tantum corporis est, sed et juris. l. 49. §. 1. D. 41, 2.

Qui alteri possidet, non praescribit.

Possessio solo animo amitti potest, acquiri non item. l. 3. ibid.

Alia est aestimatio possessionis, alia fundi, seu proprietatis. Bartholus.

Obligatio personalis non sequitur fundi possessorem. Idem.

In dubio non praesumitur quis alienasse ea, quae repertus est possidere. Idem.

Clam possidere eum dicimus, qui furtive ingressus est possessionem, ignorante eo, quem sibi controversiam facturum suspicabatur, et ne faceret timebat. Ulpianus.

Juste possidet qui, auctore praetore, possidet. Paulus.

Qui bona fide alienum fundum emit, eundem a domino conduxit possidere desiit. Marcellus.

Si ab eo emas, quem praetor vetuit alienare, idque tu scias, usucapere non potes. Paulus.

Pignori rem acceptam usu non capimus, quia pro alieno possidemus. Idem.

Actus possessorii omnes, quos quisquam exercet, debent determinari a sua causa, id est, semper referri ad titulum correlative, ut omnino fructus collegisse et tenuisse quisquis putandus sit, ex eo titulo, quem habet.

Certum est malae fidei possessores omnes fructus solere cum ipsa re praestare. l. 22. C. 3, 32.

In dubio, suo nomine potius quam alieno, possedisse quisque videtur. Argentraeus.

Malae fidei possessorem esse nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur.

Improbata possessio firmum titulum possidenti praestare nullum potest. l. 7. C. 7, 32.

Vitia possessionum a majoribus contracta perdurant, et successorem auctoris sui culpa comi tatur. l. 11. ibid.

Plures eandem rem in solidum possidere non possunt; contra naturam quippe est, ut cum ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris. l. 3. §. 5. D. 41, 2.

Incertam partem possidere nemo potest. Pomponius. l. 32. §. D. 41, 3.

Nil commune habet proprietas cum possessione. l. 1. §. 11. D. 41, 2.

Quamvis corporaliter teneat, non tamen sibi, sed domino rei creditur possidere. l. 9. ibid.

Nemo sibi ipse causam possessionis mutare potest.

Possessio defuncti quasi juncta descendit ad haeredem. l. 30. pr. D. 4, 6.

Is obtinet eique adjudicatur possessio, qui antiquiorem possessionem probaverit, tanquam qui justiorem possessionis causam habeat.

Possessio praesumitur potius justa quam violenta.

Possessor in dubio praesumitur dominus.

Possessor non praesumitur sed detentor, qui interrogatus respondit, se non possidere.

Possessor in dubio suo nomine, et non alieno possidere praesumitur.

Possidens suo jure possidere praesumitur.

Possidens cum titulo et bona fide, praesumitur ignorare, quod res illa ad alium pertineat.

Posthumus.

Posthumo nato, et ideo mortuo, adeo ruptum est testamentum, ut reconvalescere amplius non possit.

Postliminium.

Super facultatibus (viventis), cujus incerta vita ae fortuna fuit, transigi aut judicari non potest. l. 4. C. 8. 50.

Potentia.

Opprimi aliquem per adversarii potentiam non oportet: hoc enim etiam ad invidiam ejus, qui provinciae praeest, spectat. Ulpianus. l. 9. §. 5. D. 1, 16.

Potentior.

Potentior ille dicitur, qui potest adversarium terrere.

Potestas.

Omnis potestas extra fines potestatis attributae aut propriae, privata est persona. Argentraeus.

Paterna potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere. l. 5. D. 48, 9.

Semel a patria potestate solutus jamjam in eandem potestatem non est recasurus.

Solvitur patria potestas, finitur tutela, si pater, si tutor in servitutem redactus vel etiam deportatus fuerit. Justinianus.

Potior.

Potior est qui tenet, quam qui sequitur. l. 91. D. 45, 1.

Praecarium.

Natura aequum est, tamdiu te liberalitate mea uti, quamdiu ego velim, et ut possim revocare cum mutavero voluntatem. l. 2. §. 2. D. 43, 26.

Rei suae precarium non est. l. 4. §. 3. ibid.

Praeceptor.

Praeceptoris nimia saevitia culpae assignatur. l. 6. D. 9, 2.

Praedium.

Praedia nunc culta praesumuntur in praeteritum culta fuisse.

Praedio legato, quoad quis vixerit, praesumitur legatus ususfructus tantum.

In urbanis praediis, prout quisque habitaverit, ita et obligatur.

Praedo.

Etiam praedonis res deposita restituitur.

Paulus.

Praefatio.

Praefatio legis si generalis sit, et lex specialis, generaliter tamen debet intelligi.

Praegnans.

Praegnans mulier in dubio praesumitur habere tres in utero. l. 28. §. 5. D. 5, 1.

Praejudicum.

Per minorem causam majori cognitioni praejudicium fieri non oportet: major enim quaestio minorem causam ad se trahit. Paulus. l. 54. D. 5, 1.

Quotiescumque cuiquam praejudicium fit, sive in principali, sivi incidenti quaestione, toties vocandus est. Argentraeus.

In modico tempore non est magnum praejudicium.

Praelatus.

Praelato et capitulo si commissa est causa, vocem unam habebit praelatus, alteram capitulum.

Praelatus ecclesiae potest praejudicare negligendo, non tamen faciendo.

Praelegatum.

Praelegata non veniunt nomine haereditatis, nec nomine universali bonorum.

Praelegato facto uni cohaeredum, re evicta

ab eo, cui fuit praelegata, alter non tenetur de evictione.

Praematurus.

Praemature renuntians societati, socium a se liberat, non contra. l. 65. D. 17, 2.

Praemium.

Praemii spes maxime homines allicit ad studia et labores.

Praescriptio.

Contra non valentem agere non currit praescriptio.

Tantum praescriptum, quantum possessum.

Praescriptio est humani generis patrona.

Praescriptiones introductae sunt pro publica salute et tranquillitate.

Qui praescribi patitur, alienare videtur.
Argentraeus.

Inter correos debendi factum unius nocet alteri, et interpellatio unius est interpellatio omnium.

Qui alteri possidet, non praescribit.

Quae temporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum.

Tempus negligentiae auctoris conjungitur cum negligentia successoris. Bartholus.

Pignori rem acceptam usu non capimus, quia pro alieno possidemus. Paulus.

Ubi lex inhibet usucapionem, bona fides possidenti nihil prodest. Pomponius.

Bono publico usucapio introducta est, ne scilicet quarumdam rerum diu et fere semper incerta dominia essent, cum sufficeret dominus ad inquirendas res suas statuti temporis spatium. l. 1. D. 41, 3.

Ea, quae sunt facultatis et voluntatis, non praescribuntur. Chassanaeus.

Sine citatione non interrumpitur praescriptio.

Oportet, ut, qui praescribit in multa temporis parte habeat conscientiam rei alienae. Cap. ult. decret concil. latran.

Praescriptio dicitur impium praesidium.

Praescriptio non praesumitur.

In praescriptione non sufficit dolo carere, sed bona fides requiritur.

Praesens.

Verba praesentis temporis non porriguntur ad futura. Bartholus.

Praesens et tacens praesumitur consentire in his, quae sibi sunt utilia.

Praesentia.

Praesentia pro consensu habetur.

Praesumptio.

Praesumptio juris et de jure est dispositio legis aliquid praesumentis et super praesumpto, tanquam sibi comperto, statuentis. Alciat.

Praesumptio est conjectura seu divinatio in rebus dubiis, collecta ex argumentis vel indiciis per rerum circumstantias frequenter evenientibus.

Praesumptio dicitur ab eo, quod plerumque fit.

Quae non possunt singula, cumulata juvant.

Probationibus evidentissimis utendum est adversus eum, qui pro se praesumptionem juris habet.

Praesumptioni locus est, cum veritas alio modo investigari non potest.

In certis non est conjecturae locus.

Ubi praesumptio est contra illum, qui probare debebat, afficitur duriori probatione.

Bartholus.

Dicitur praesumptio juris, quia a lege introducta est; dicitur de jure, quia super tali praesumptione lex inducit firmum jus, et habet eam pro veritate.

Praesumptio rejicit probandi onus in adversarium.

Praesumptiones et coniecturae cessant, ubi de veritate manifeste constat.

Praesumptiones allegari debent, cum ex facto descendant; alioqui nihil prosunt.

Praesumptio pro judice generaliter est in his, quae ad officium ejus pertinent.

Praesumptiones non admittunt extensionem.

Praeterita.

Praeterita magis reprehendi possunt quam corrigi.

Praetor.

Praetor parvulis subvenit. l. 55. §. 1. D 40, 5.

Praetor beneficium suum nemini vult esse captiosum. l. 8. D. 46, 5.

Preces.

Superfluum est hoc precibus postulare, quod jam lege permissum est. l. un. cod. 10, 15.

Pretium.

Pretia rerum non metimur a singulari affectione, sed aestimatione communi. Baldus.

Pretium rei furtivae non est furtivum.
Argentraeus.

Pretium (non) succedit loco rei.

Pretium dans, ut actor ab accusatione desistat, videtur delictum fateri.

Pretium recipiens post elapsum diem, ex lege commissaria praestitutum, videtur remisisse dispositionem illam legalem.

Primogenitura.

In constitutione primogeniturae reservari debet legitima aliis filiis.

Primogenitus intelligitur de eo, qui ante se neminem habet, quamvis majores natu fratres habuerit, sed mortuos. Alciat.

Princeps.

Princeps non potest tollere claram testatoris dispositionem.

Principibus est obediendum, nec non eorum magistratibus, quorum personam sustinent.

Quidquid delirant reges, plectuntur Achaei.

Principi resistens, Deo resistere videtur.

Principis praesentia tollit omnem fraudis suspicionem.

Princeps est ipsa lex viva.

Princeps non praesumitur leges a se conditas, non velle observare.

Princeps lege positiva non ligatur.

Princeps dans vel confirmans aliquid, intelligitur salvo jure tertii.

Princeps deus dicitur inter homines.

Princeps veritate, non mendacia moveri dicitur.

Princeps cognoscens de causa, dicitur cognoscere tanquam deus.

Princeps contrahendo cum non subdito, non fruitur privilegiis principatus.

Principe remittente delictum commissum, non praesumitur remissa poena laeso delata.

Digna vox est majestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri. l, 4. C. 1, 4.

Disputare de Principali judicio non oportet: Sacrilegii enim instar est, dubitare, an is dignus sit, quem elegerit Imperator. l. 2. C. 9, 29.

Principis salus, populi salus. Constantinus. l. 1. C. 12, 46.

Privilegium.

Privilegium est lex privata et contra jus com-

mune, et privilegium facilius tollitur quam jus commune.

Privilegia sunt stricti juris, nec extenduntur.

Privilegium militum ad alienam injuriam porrigi non oportet. l. 40. D. 26, 7.

Privilegia, non ex tempore, sed ex causa aestimantur.

Privilegium non praesumitur.

Privilegio praesumitur quis facilius renunciare quam juri communi.

Privilegium dotis competens mulieri, tunc transit in cessionarium, quando mulier ad sui commodum cedit jura, quae habet contra haeredes mariti.

Privilegium concessum familiae comprehendit etiam feminas nuptas.

Privilegium competens fisco sui natura est perpetuum, quia fiscus nunquam moritur.

Privilegium reale dicitur, si persona, cui concessum sit, remota causa fuerit, proxima vero quaevis alia.

Privilegiatus nunquam utitur suo privilegio contra pariter privilegiatum.

Privilegiati duo quando concurrunt, is praefertur, qui tractat de damno evitando.

Privilegia duo, ubi concurrunt, illud magis speciale dicitur, quod personae conceditur.

Privilegiatis duobus concurrentibus, is, qui privilegium potentius habet, praefertur.

Probatio.

Probationibus evidentissimis utendum est adversus eum, qui pro se praesumptionem juris habet.

Actori incumbit onus probandi.

Frustra probatur, quod probantem vel probatum non relevat.

Enuntiativa probant in antiquis, seu in antiquis omnia praesumuntur rite et solemniter acta.

Facta per testes non pacta probantur.

Probatis extremis, media praesumuntur.

Quod gratis asseritur, gratis negari potest.

Ei incumbit probatio, qui dicit, non ei, qui negat. l. 2. D. 22, 3.

Negationis enim nulla probatio.

Indicia certa, quae jure non respuuntur, non minorem probationis quam instrumenta continent fidem.

Ubi praesumptio est contra illum, qui probare debebat, afficitur duriori probatione.

Bartholus.

Qui nimis probat, nil probat.

In tanta testium facilitate nihil absurdius quam magistratuum enuntiata, sententias et judicata committi testium quorumlibet fidei. Argentraeus.

Exemplo perniciosum est, ut ei scripturae credatur, qua unusquisque sibi adnotatione propria debitorem constituit. Gallienus l. 7. C. 4, 19.

Per rerum naturam factum negantis probatio nulla est. l. 2. C. 4, 19.

Nulla est major probatio quam evidentia rei.

Qui regulam pro se habet, transfert onus probandi in adversarium, et fundatam habet suam intentionem.

Manifesta non egent probatione.

Jura nolunt, probationum copiam angustiari.

Probationes intra certum tempus faciendae, adversario non contradicente, admissae valent.

Probationes contra rem judicatam admissae, parte non poponente, judicatum rescindunt.

Proclama.

Proclama publicum se ignorasse juramento asserentis creditur.

Procurator.

Procurator dari non potest in his, quae facere quis non potest.

Procurator ad causam praesumitur instructus.

Procurator ad judicia, ante litem contestatam substituere alium nequit.

Procuratoris confessio, omnibus creditoribus solutum esse, non comprehendit procuratorem loquentem.

Prodere.

Prodere se ipsum nemo tenetur.

Prodesse.

Prodesse sibi unusquisque, dum alii non nocet, non prohibetur. Ulp. l. 1. §. 4. D. 39, 3.

Is fecit scelus, cui prodest.

Professio.

Professio consistere non potest, nisi duae personae concurrant, quarum una se obliget religioni, altera religionem obliget sibi.

Prohibitio.

Ea, quae fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habentur.

Cum prohibetur aliquid, prohibentur etiam media ad illud tendentia.

Vetare satis intelligitur, qui non consentit.

Permissum videtur omne, quod non reperitur prohibitum.

In prohibitione statuti non fit extensio de persona ad personam, nec de gradu ad gradum.

De re ad rem non fit extensio.

Quod fit, lege prohibente, nullam vim habere, indubitati juris est.

Cum quid una via prohibetur, ad id alia via non debet admitti.

Paria sunt, aliquid fieri tempore prohibito aut conferri in tempus prohibitum. Molinaeus.

Nullum pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volunt subsecutum,

qui contrahunt, lege contrahere prohibente. l. 5. C. 1, 14.

Prohibitum ad tempus, videtur esse permissum. Bartholus.

Quod quibusdam prohibetur, aliis concessum videtur.

Prohibitio alienationis ad alienationem necessariam se non extendit, sed ad voluntariam tantum. Paulus.

Prohibito uno, prohibentur omnia, quae sequuntur ex illo. l. 5. C. 1, 14.

Prohibitio alienandi non impedit dominii translationem.

Promissio.

Promissa non servare est iniquum et legi divinae repugnans nec non legi naturali, quae jubet, datam fidem servari debere.

Promittens solvere in certo loco, licet renunciaverit privilegio sui fori, conveniri tamen ibi potest, et si ibi non reperiatur.

Promittimus rogati, pollicemur ultro.

Promittere contra se ipsum, ut nemo, sic neque contra suos praesumitur.

Promittens praesenti, et tacenti aliquid ipsi utile, pacisci dicitur.

Promissio nuda, causa non expressa, non obligat.

Promissio annua facta pauperi sine causa, alimentorum causa facta praesumitur.

Nulla promissio potest consistere, quae ex

promittentis voluntate statum capit. l. 108. §. 1. D. 45, 1.

Promissio facta in carcere nullius est momenti. Bartholus.

Quod quis intra annum dare promittit aut dare damnatur, ei potestas est quolibet ejus anni die dandi. Pomponius.

Qui bis idem promittit, id amplius quam semel non tenetur. Idem.

Quod certa die promissum est, vel statim dari potest; totum enim medium tempus ad solvendum promissori relinquitur.

Propinqui.

Justum est, ut, quos propinquitatis natura consociat, haereditariae successionis ordo non dividat.

Propositio.

Duae propositiones contrariae numquam possunt esse simul verae.

Propositum.

Propositum in mente retentum, parte non expressum, nil relevat. Bartholus.

Multa proponuntur. quae non perficiuntur.

Protestatio.

Qui protestatur non agit.

Protestatio, cui adversarius consentit, liberat protestantem.

Protestatio contra ea, quae a legis dispositione pendent, nil operatur.

Protestatio facto contraria nil operatur.

Protestationis instrumentum sine contradictione recipiens praesumitur ei consensisse.

Protocollum.

Protocolla inter mobilia connumerantur.

Provisio.

Provisio hominis facit cessare dispositionem legis.

Ille qui non praevidet, quod praevidere debuit, in culpa est.

Proximus.

Proximus est, quem nemo anteeedit, supremus quem nemo sequitur. Paulus.

Proximum suum fraudare in negotio, est adversus legem divinam.

Puer.

Sunt pueri pueri, pueri puerilia tractant.

Pugnantia.

Pugnantia duo simul stare nequeunt.

Pupillus.

Pupillus praesumitur recepisse alimenta a tutore, nisi probet, se aliunde ea habuisse.

Obligari ex omni contractu pupillus sine tu-

toris auctoritate non potest, acquirere autem sibi stipulando, etiam sine tutoris auctoritate potest. l. 9. pr. D. 26, 8.

Pupillus mutuam pecuniam accipiendo, nequidem jure naturali obligatur. l. 56. D. 44, 7.

Pupillus, procurator et defensor, jurare non coguntur. Alexander.

Generaliter, quotiescumque non fit nomine pupilli id, quod quivis pater-familias idoneus facit, non videtur defendi. Ulpianus.

Dolus tutoris vel curatoris nocere pupillo vel furioso non debet. l. 3. §. 1. D. 14, 4.

Bona pupillaria non licet tutoribus in proprios usus convertere.

Propter aes alienum pupilli, res tutoris, qui nihil ex ejus bonis tenet, pignori capi non oportet. l. 1. C. 4, 15.

Puteus.

Puteum fodiens in aedibus suis, ex quo venae putei vicini praeciduntur, non praesumitur fecisse ad detrimentum vicini, sed solum pro sua utilitate.

Q.

Quasi — contractus.

In judicio quasi contrahitur. Accursius.

Quaestio.

Major quaestio minorem causam ad se trahit.
Paulus.

Qualitas.

Non est major defectús quam defectus qualitatis seu potestatis.

Non entis nulla qualitas.

Qualitas, quae naturaliter homini inest, semper adesse praesumitur.

Quantitas.

Quantitas, si respectu certae speciei debetur, specie perempta, debitor a praestatione quantitatis liberatur.

R.

Ratihabitio.

Ratihabitio, sicut nec mandatum, nunquam praesumitur.

Ratihabitio praesumitur in eo, qui, cum de commodo et utilitate sua ageretur, scivit, et tacuit.

Ratihabitio mandato comparatur.

Ratihabitio expressa vel tacita ad initium retrovenit.

Ratio.

Quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentias.

Quod ex re ipsa rationabile est, hoc in jus perfectum deducitur. l. un. pr. C. 7, 6.

In conflictu rationum melius est nocentem absolvere, quam condemnare innocentem.

Ratio impellit hominem ad bonum, sensus autem ad malum.

Ratione cessante, debet cessare et dispositio et lex ipsa.

Ratio eadem ubi militat, ibi idem jus militare debet.

Reatus.

In reatu constitutus bona sua administrare potest eique debitor recte bona fide solvit. l. 46. §. 6. D. 49, 14.

Post contractum capitale crimen, donationes factae valent, nisi condemnatio accusationem secuta sit ante factam donationem. l. 15. D. 39, 5.

Rebellis.

Rebellis is praesumitur, qui natus est progenie, tali nota infamata.

Receptum.

Quidquid recipitur, ad modum recipientis recipitur, non ad modum dantis.

Reconductio.

Reconductio cum eisdem qualitatibus et con-

ditionibus, quibus prima conductio, facta praesumitur.

Reconductio aut relocatio in rebus mobilibus facta non praesumitur.

Reconventio.

Reconventio coram alio judice facta, adversario non abnegante, valet.

Recusatio.

Apertissimi juris est, licere judices recusare, quia sine suspicione lites procedere nobis in corde est. l. 16 C. 3, 1.

Si judex succedat uni ex litigatoribus in aliquo, desinit esse judex. Bartholus.

Justa non est causa recusandi judicis, ex eo, quod semel aliquis in alia causa appellaverit, nisi passio quaedam animi in judicante detegatur. Argentraeus.

Redditio.

Proprie res non reddita dicitur, quae deterior redditur. Ulpianus.

Redemptor.

Redemptores sunt, qui suis caementis aedificant. l. 39. D. 6, 1.

Referens.

Referenti nulla solet fides adhiberi, cum de relato non constat.

Refugium.

Domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum. l. 18. D. 2, 4.

Regere.

Absurdum est, ut alios regat, qui se ipsum regere nequit.

Regio.

Cujus regio, ejus religio.

Regressus.

Remittentibus jura sua non est regressus.

Regula.

In omni jure, etiam sapientibus, semper periculosa visa est regularum constitutio, quia rarum est, ut universale effatum subverti non possit, propter sententiarum et responsionum varietates tam multiplices, quam sunt hominum facta infinita.
Argentraeus.

Qui regulam pro se habet, transfert onus probandi in adversarium, et fundatam habet suam intentionem. l. 5. D. 22, 3.

Religio.

Plurimum valet ad metum delinquendi, praesentia religionis urgeri. Symmachus.

Religioni est favendum in dubio.

Religiones et novas sectas qui inducunt, fiunt

suspecti de haeresi, cum sit valde periculosum, nova inducere.

Religiosi mendicantes sunt incapaces bonorum immobilium.

Cujus regio, ejus religio.

Remissio.

Remittere, dare est: qui remittit, donat.

Remittentibus jura sua non est regressus.

Remuneratio.

Remnunerare solvere est, non donare.

Donatio remuneratoria, non tam donatio quam merces eximii laboris appellanda est. l. 34. §. 1. D. 39, 5.

Remuneratio supponit obligationem quandam, non tamen compellit necessario.

Renuntiatio.

Renuntiatio proprii juris est quaedam donatio, quae non praesumitur.

Renuntiare juri suo, nemo sine justa causa praesumitur.

Renuntiasse juribus suis mulier minorque non praesumitur, nisi de eis certiores factos esse appareat.

Renuntiatio semper legitime facta praesumitur.

Renunciatio in contractu apposita, tacitam habet confessionis conditionem.

Renuntiatio juris renuntianti solum, non aliis nocet.

Licet unicuique juri pro se introducto renuntiare.

Renuntians successioni pro nullo habetur.

Aliud est officiose consentire, aliud, juri suo renuntiare. Molinaeus.

Renuntiatio nulla est, quae nullam habet causam.

Repetitio.

Datum ex injusta causa repetitur.
Alexander.

Pecunia violenter soluta ex promissione repetitur. Idem.

Solvens indebitum ignoranter, repetit; scienter, non. Ulpianus.

Naturalis obligatio impedit repetitionem soluti.
Bartholus.

Ante diem debitum solvens, non repetit.
Idem.

Error circa rem debitam repetitionem inducit.
Idem.

Pretium solutum ex causa emptionis invalidae repetitur. Baldus.

Repraesentatio.

Ex sola repraesentatione nemo, quoad extraneos, obligatur, genitoris sui haereditate abstinet nepos, recte et avi et patrui successor est, negata paternis creditoribus actione.

Repudiatio.

Repudians haereditatem alteri non obligatur.

Repugnantia.

Ubi repugnantia inter se inveniuntur, neutrum ratum est.

Res.

Res, in quo loco semel fuit, etiam nunc esse praesumitur, nisi contrarium appareat.

Res illius praesumitur, cujus sigillum est impressum.

Res illius, cujus nomen obtinet, praesumitur.

Reddita deterior, reddita non censetur.

Res quaelibet libera, non servituti obnoxia praesumitur.

Res quaelibet libera ob primaevum statum suum dicitur.

Res eadem diverso jure censeri non debet.

Res ad naturam suam pristinam reverti desiderat.

Res empta abs te pecunia mea, non mea, sed tua fit, pecuniae mihi solum repetitione competente.

Rei veritas falsa demonstratione et denominatione nequit immutari.

Rem qui semel habuit, adhuc praesumitur habere.

Rem perituram fuisse eodem modo apud creditorem, quo apud morosum debitorem, non praesumitur.

Re perempta penes possessorem eo modo, quo apud dominum peritura erat, in actionibus realibus liberatus censetur possessor.

Res naturales non constituuntur ex argumentis.

Res suas non defendendo, donare quis praesumitur.

Res ad eum pertinere praesumitur, qui facit impensam.

Res dubiae in benigniorem partem interpretari debent.

In re dubia media via est eligenda.

Res possessae ab Episcopo praesumuntur esse de mensa.

Res mea amplius mea effici non potest.

Rerum novarum studiosi sunt valde legibus suspecti, et ob id male de eis praesumitur.

Rei suae quilibet est moderator et arbiter; et dominus potest re sua abuti.

Rem non tenemus, nomine abutimur.

Res aliena.

Nemo legem dicit rei alienae.

Nemo rem alienam invito domino vendere potest.

Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti. l. 36. D. 50, 17.

Res incorporalis.

Incorporalis res traditionem et usucapionem non recpere, manifestum est. Gajus. l. 41. §. 1. D. 41, 1.

Res litigiosa.

Omnino de re litigiosa contrahere probibentur magistratus. Argentraeus.

Res publica.

Rempublicam, ut pupillum, extra ordinem juvari, moris est. Alexander. l. 3. C. 11, 30.

Res sacra.

Res sacra non recipit aestimationem. l. 9. §. 5. D. 1, 8.

Res et pretium.

Nemo debet carere re et pretio.

Rescisso principali, rescinditur accessorium; secus e converso. Bartholus.

Rescriptum.

Rescriptum declaratur a precibus praecedentibus.

Rescriptum si duas causas continet, quarum una est vera, altera falsa, praesumitur concessum ob causam veram.

Rescriptum impetrans, expressis falsis qualitatibus, dolose id egisse praesumitur.

Rescripto utens probare debet impletam esse conditionem a lege subintellectam in rescripto, quae est, si preces veritate nitantur.

Rescriptum, quod apparet concessum contra stylum curiae, falsum praesumitur.

Rescriptum insolitum et devians ab antiquo et solito stylo cancellariae, praesumitur falsum.

Rescripta principum debent intelligi secundum justitiam fori et poli.

Rescriptum justitiae potius quam gratiae praesumitur principem concedere velle.

Rescriptum falsum praesumitur potius, quam quod princeps jus voluerit tollere.

Residuum.

Appellatione residui totum continetur.

Resolutio.

Resoluto jure dantis, resolvitur jus accipientis.

Respondere.

Respondere ante judicium de jure suo nemo cogitur. l. 1. §. 1. D. 11, 1.

Reponsio.

Respondere nolens reus interrogatus, ut asserens, se non meminisse, indicium praebet torturae.

Responsio subsecuta praesumitur lata secundum praecedentem interrogationem.

Omnino non respondisse videtur, qui ad interrogatum non respondit. l. 11. §. 5. D. 11, 1.

Obscure respondere et nihil respondere, paria sunt. l. 11. §. 7. ibid.

Si, me viginti interrogante, tu decem respondeas, obligatio in decem tantum erit contracta.

Restitutio.

Etsi nihil facile mutandum est ex Solemni-

bus, tamen, ubi aequitas evidens poscit, subveniendum est. Marcellus. l. 7. D. 4, 1.

Ad famosam actionem tunc demum descendendum est, cum remedio locus esse non potest. Marcellus. l. 7. in fine ibid.

Beneficium restitutonis transit ad haeredes.

Etiam ubi intervenit patris auctoritas, minor restituitur.

Is, qui non solvit, exactionem non habet ejus, quod non solvit, cum ipsius non intersit.

Qui post XXV annum aetatis, ea, quae in minore aetate gesta sunt, rata habuerint, frustra rescissionem eorum postulant. l. 2. C. 2, 45.

Pecuniam a te datam, si haec causa, pro qua data est, non culpa accipientis, sed fortuito casu non est secuta, minime repeti posse, certum est. l. 10, C. 4, 6.

Restitutione semel facta, altera fieri non debet.

Rete.

Retis jactum emens, si nil expiscatum sit, conqueri non potest.

Reus.

Reus potest exigere ab actore, ut edat, sibi instrumenta, si ea scilicet in sua potestate habet, quibus contendit, se posse causam suam instruere, vel exceptionem probare.

Attamen nemo contra se edere tenetur.

Reus in exceptione actor est.

Reus excipiendo fit actor. l. 1. D. 44, 1.

Favorabiliores rei quam actores habentur.

Omnes exceptiones, quae reo competunt, fidejussori quoque, etiam invito reo, competunt.
Marcianus.

Is, qui reus factus est, purgare se debet; nec ante potest accusare, quam fuerit excusatus.
Ulpianus.

Reis duobus sese obligantibus, si ad unum eorum negotium pertinet, is principaliter, alter fidejussoris loco est obligatus.

Rogare.

Imperiosissimum rogandi genus, cum, qui imperare potest, rogat. Plinius.

Roma.

Non tam spectandum est, quid Romae factum sit, quam, quid fieri debeat. Proculus. l. 12. D. 1, 18.

Rota romana.

Rotae Romanae decisionibus tantum deferendum est, quantum ipsa ratio urget.

Rubrica.

Rubricae quando textus repugnat, magis attenditur ipse textus quam rubrica.

Rusticitas.

Rusticitati aliquando parcendum.

Rusticitas excusat a dolo praesumpto.

Rusticus.

Rustico porcum auferens aufert oculum. Glossa sing. in l. 6. §. 5. D. 1, 18.

S.

Salus.

Salus publica suprema lex esto.
Salutis aeternae nemo creditur immemor.

Satisdatio.

Satisdatio non impedit, quin tutor possit, si male gerat, ut suspectus removeri. Bartholus.

Olim satisdatio ab usufructuario desiderabatur.

Scaphia.

Scaphia non veniunt legato argenti facti.

Scelus.

Is fecit scelus, cui prodest.

Sceleris haec prima est ultio, quod, se judice, nemo nocens absolvitur. Argentraeus.

Scholares.

Militi relinquenda sunt arma, et scholaribus libri.

Scholaris, qui negligenter studuit in jure canonico, praesumitur, quod etiam negligenter studebit in jure civili.

Sciens.

Scienti et volenti non infertur damnum.

Scriptura.

Scripturae uni potest quis pro parte stare, pro parte non, probando contrarium. l. 28. §. 12. D. 34, 3.

Scripturam testamenti nisi ostendat legatarius, non debet ei caveri. l. 5. §. 2. D. 36, 3.

Non solent, quae abundant, vitiare scripturas. Ulpianus.

Nihil prohibet, priorem scripturam posteriore corrigere, commutare, rescindere.

Non tam scriptura, quam veritas considerari solet.

Mendaci scriptura contra fidem veritatis nemo obligari potest.

Novissima scriptura in legatis spectanda.

Exemplo perniciosum est, ut ei scripturae credatur, qua unusquisque sibi adnotatione propria debitorem facit. l. 7. C. 4, 19.

Scriptura privata fidem non facit adversus tertium. l. 5. ibid.

Fiunt scripturae ut, quod actum est, per eas facilius probari possit: sine his autem valet, quod actum est si habeat probationem. Gaius. l. 4. D. 22, 4.

Scripturae non lectae subscribens, non praesumitur eam approbasse.

Securius.

Securius est superfluum admittere, quam omittere necessarium.

Sedens.

Sedens praesumitur esse animo quieto.

Semel.

Quod semel placuit amplius displicere non debet.

Senectus. Senex.

Senex qui non est, dicitur juvenis. l. 69. D. 32, 1.

Senectus ad donationem faciendam sola non est impedimento.

Senectus dicitur morbus et infirmitati aequiparatur.

Senex nemo est ita, quod non praesupponatur adhuc posse vivere ultra annum.

Sententia.

Sententia incerta non valet. l. 59. D. 42, 1.

Sententia emendari potest inter pronuntiandum, post; non. l. 46. D. 42, 1.

Sententiae executionis tempus potest prorogari a judice, vel arctari. l. 2. D. 42, 1.

Sententia debet libello esse conformis, et po-

testas judicis ultra id, quod in judicium deductum est, nequaquam potest excedere. l. 18. D. 10, 3.

Sententia interlocutoria potest mutari: definitiva non potest, nec ex causa erroris corrigi. Bartholus.

Sententia arbitri incerta nulla est.

Si diversis summis condemnent judices, minimam spectandam esse, Julianus scribit.

Actorum verba emendare, tenore sententiae perseverante, non est prohibitum. Hermogenianus.

Sententia lata contra mortuum est ipso jure nulla. Bartholus.

Judex, posteaquam semel sententiam dixit, judex esse desinit; semel enim, seu bene, seu male, officio functus est. Ulpianus.

Ubi duplex fertur sententia, ibi duplex appellatio est necessaria. Bartholus.

In tanta testium facilitate nihil absurdius quam magistratuum enuntiata, sententias et judicata committi testium quorumlibet fidei. Argentraeus.

Nemo sibi esse judex vel jus sibi dicere debet. l. 1. C. 3, 5.

Idem requiritur numerus judicum judicandis interlocutionibus, qui requiritur in judicanda definitiva.

Humanior sententia pro duriore eligenda est. l. 8. C. 7, 1.

Corruptae judicum videntur esse sententiae, si sint legibus mitiores. Cujacius.

Ab interlocutionibus non appellatur. Idem.

Sententia si dubitatur, an sit definitiva, vel interlocutoria, interpretatur eo modo, quo melius valere potest.

Sententiae contrariae si inter pares numero judices proferantur, in liberalibus causis libertati est favendum.

Sententia in favorem rei in dubio debet interpretari.

Sententia in judicatum transita, habet pro se praesumptionem juris et de jure.

Sententia, de cujus nullitate manifeste apparet, nec in judicatum transit, nec pro se habet praesumptionem.

Sententia notorie injusta non transit vere in judicatum.

Sententia media semper iniqua dicitur.

Sententia contra se lata, si minor non appellet, laesus praesumitur.

Separatio.

Facta separatione, mulier non est amplius in potestate viri. Molinaeus.

Separatorum separati sunt effectus.

Liberorum favor difficiliorem reddat separationem.

Ubi de separatione bonorum agitur, opus est inquisitione, qua probetur maritum decoctorem esse desperataeque salutis. Mornacius.

Sequester.

Sequester est translatio rei litigiosae in tertiam personam facta, consensu partium vel auctoritate judicis, ea conditione, ut cui vicerit ea res reddatur et restituatur, una cum fructibus, quos sequester, lite pendente, acceperit.

Agente extraneo, non est locus sequestro adversus haeredem in possessione; secus inter duos, qui se haeredes esse praetendunt ejusdem tituli et juris.

Servitus.

Servitus tota retinetur per usum partis. l. 9. §. 1. D. 8, 5.

Servitus in faciendo consistere nequit. l. 6. §. 2, l. 8. pr. D. 8, 5.

Servitus servitutis esse non potest. l. 33. §. 1. D. 8. 3., l. 1.

Servitus fundo utilis esse debet.

Praedia vicina esse debent. l. 12. D. 20, 1.

Causa perpetua esse debet neque enim perpetuam causam habet quod manu fit.

Servitutes reales neque ad tempus neque ad certam conditionem imponi possunt. l. 4. pr. D. 8, 1.

Servitutes reales dividi non possunt, nam earum usus ita connexus est, ut qui eum partiatur, naturam ejus corrumpat. l. 8. §. 1. D. 8, 1.

Unus ex dominis communium aedium servitutem imponere non potest. l. 2. D. 8, 1.

In servitutibus non per villam ipsam nec medias vineas ire, agere sinendus est, cum id aeque commode per alteram partem facere possit, minore servientis fundi detrimento. l. 9. D. 8, 1.

Nemini sua res propria potest servire.

Qui debet servitutem, cogitur pati, non agere. Bartholus.

In pariete communi, non potest quis fenestras facere, nisi fuerit concessum. Idem.

Qui permittit aedificari in loco serviente, servitutis jus amittit. Idem.

Tempus negligentiae auctoris conjungitur cum negligentia successoris. Idem.

Usu retinetur servitus, non-utendo amittitur.

Natura comparatum est ex jure gentium, ut unus ager alteri serviat secundum situm agrorum.

Servus.

Servus tenetur anteponere salutem domini suae propriae.

Servus praesumitur contemplatione domini institutus.

Servus judicis si minatus sit ei, contra quem judex, dominus ipsius, tulit sententiam, ne appellet, praesumitur consensu ipsius domini minas intulisse.

Servis exaequantur quadrupedes. l. 2. D. 9, 2.

Servo dans pecuniam dominus pro annona emenda, non tenetur de in rem verso: licet

ille famulus non solvat creditoribus. l. 10. D. 15, 3.

Servorum opera thesaurum quaerit nemo. l. 63. §. 3. D. 41, 1.

Servos habere qui est indignus et libertos. l. 53. D. 40, 5.

Per servum usuarium acquiritur ex re, non ex opera: sed per usufructuarium acquiritur utroque modo. l. 14. D. 7, 8.

Servum cicatricibus deformare non licet. l. 17. §. 1. D. 7, 1.

Servus torqueri non debet contra dominum. l. 1. §. 5. D. 48, 18.

Sigillum.

Sigillum candelabri est, quod mensae pes et scyphi fundus. l. 23. §. 2. D. 6, 1.

Silentium.

Qui tacet, non utique fatetur, sed tamen verum est, eum non negare. Paulus.

Silentio fit ratihabitio.

Silva.

Silvae usus si sit legatus, praesumitur legatus ususfructus.

Simonia.

Simoniam committens de haeresi est suspectus, dicitur enim simonia largo modo haeresis.

Simulatio.

Simulationis exceptio perpetua est.

Plus valet, quod agitur, quam quod simulate concipitur.

Non refert, quo nomine res veletur, dummodo subsit veritas.

Veritatem spectamus, non quod quis finxit.

Non praesumitur fraus nec simulatio, ubi inter eosdem, alia aperta via, idem fieri potuit.
Molinaeus.

Acta simulata veritatis substantiam mutare non possunt.

Societas.

Societati renuntians ante tempus, socium a se, non se a socio liberat. l. 65. §. 6. D. 17, 2.

Societas est mater rixarum.

Nulla societas maleficiorum, vel communicatio justa damni ex maleficio est. l. 1. §. 14. D. 27, 2.

Uno negotiante, non potest praesumi societas contracta.

In communione vel societate nemo compellitur invitus detineri. l. 5, C. 3, 37.

Socius socii mei non est meus socius.

Morte socii solvitur societas.

Iniquissimum est societatis genus, ex qua quis damnum, non etiam lucrum spectet. l. 29. §. ult. D. 17, 2.

Plerumque tanta est industria socii, ut plus societati conferat quam pecunia. l. 29. §. 1. ibid.

Lucrum non intelligitur, nisi omni damno deducto, neque damnum, nisi omni lucro deducto. l. 30. ibid.

Sicuti lucrum, ita damnum quoque commune esse oportet, quod non culpae socii contingit. l. 52. §. 4. ibid.

Aequum est, ut cujus (quis) participavit lucrum, participet et damnum. l. 55. ibid.

Societas jus quodammodo fraternitatis in se habet. l. 63. pr. ibid.

Etiamsi socii haeres socius non sit, ea tamen, quae per defunctum inchoata sunt, per haeredem explicari debent, in quibus dolus ejus admitti potest. Pomponius.

Socius.

Societas unius negotiationis non porrigitur ad aliam. Bartholus.

Cum societas contrahitur, tam lucri quam damni communio initur. Paulus.

Jure societatis, per socium aere alieno socius non obligatur, nisi in communem arcam pecuniae versae sunt. Papinianus.

Absentia diuturna justa est causa dissolvendae societatis. Gothofredus.

In societatibus contractibus fides exuberet. l. 3. C. 4, 37.

Quae coëuntium fiunt, continuo communicantur. l. 1 in fine, D. 17, 2.

Generaliter traditur, rerum inhonestarum nullam esse societatem. l. 57. ibid.

Tamdiu societas durat, quamdiu consensus partium integer perseverat. l. 5. C. 4, 31.

Si alicujus rei societas sit et finis negotio impositus, finitur societas. l. 65. §. 10. D. 17, 2.

Societas non recte contrahitur donationis causa. l. 5. §. 2. ibid.

Aeque necessaria est divisio inter communes, sive ex societate, sive sine societate, ex quavis causa, satis est, quod alter ab altero cogi possit dividere. Molinaeus.

Si socius ita injuriosus sit, ut non expediat, eum pati, renuntiatur societati.

Socius non praesumitur velle laedere socium aliquidve agere in ejus detrimentum.

Socius, finita societate, dimittens sortem penes socium, non censetur societatem renovare.

Sociis bona post divisionem communiter possidentibus, renovatae societatis est conjectura.

Socius amovens rem communem praesumitur amovisse jure suo, non autem ut furtum committeret.

Solemnitas.

Solemnitas extrinseca non praesumitur, nisi probetur. Bartholus.

Solemnitas intrinseca ob temporis antiquitatem praesumitur.

Solutio.

Solutione extinguitur omnis obligatio, et per solutionem nulla amplius actio creditori remanet.

Quod nullum est, rescissione non eget.

Qui sic solvit pecuniam, ut statim recipiat, solvisse non videtur. l. 55. D. 46, 3.

Is qui certo loco dare promittit, nullo alio loco, quam in quo promisit, solvere invito stipulatore potest.

Alius pro alio solvere potest, non aliud pro alio solvi, nisi volenti.

Qui sciens indebitum solvit, non repetit.

Reproba pecunia non liberat solventem. Ulp. l. 24. §. 1. D. 13, 7.

Pecunia violenter soluta ex promissione non repetitur. Alexander.

Solvens indebitum ignoranter, repetit; sciens non. Ulpianus.

Naturalis obligatio impedit repetitionem soluti. Bartholus.

Ante diem debitum solvens, non repetit. Idem.

Error circa rem debitam repetitionem inducit. Idem.

Pretium solutum ex causa emptionis invalidae repetitur. Bartholus.

Non potest creditori invito alibi solvi, quam in loco destinato. Idem.

Solutio naturalis debiti non est donatio. Idem.

Cum jussu meo, id quod mihi debes, solvis creditori meo, et tu a me, et ego a creditore meo liberor. Paulus.

Semper est electio debitoris de pluribus quod solvat; de locis ubi solvat; cum rerum sola assignatio facienda est. Argentraeus.

Dies solutionis, sicuti summa, pars est stipulationis. l. 1. §. 2. D. 2, 18.

Quod certa die promissum est, vel statim dari potest; totum enim medium tempus ad solvendum promissori relinquitur. l. 70. D. 46, 3.

Non est ambigui juris, reo electo et solvente, fidejussorem liberari.

Non interest, quis solvat, utrum ipse, qui debet, an alius pro eo. Pr. Inst. 3. 29.

Quoties quis debitor ex pluribus causis unum debitum solverit, est in arbitrio solventis, dicere, quod potius debitum voluerit solutum, et quod dixerit, id erit solutum. Possumus enim certam legem dicere ei, quod solvimus. l. 1. D. 6, 3.

Solvit qui reum delegat. l. 8. §. 3. D. 16, 1.

Invito vel ignorante creditore qui solvit alii, se non liberat obligatione. l. 12. C. 8, 1.

Multo satius est non solvere quam solutum repetere.

Si solutio simpliciter facta sit, cassio juris debet fieri in continenti.

Omnis solutio non idem reddit, sed tantundem.

Solutio potest ab alio fieri quam a debitore.

Si per errorem solutio facta sit post senten-

tiam judicis ex falsis instrumentis, soluti datur repetitio. l. 11. D. 44, 1.

Solvisse praesumitur debitor, quando per multos annos creditor exactionem distulit.

Solvens praesumitur solvere suo nomine.

Solutione rei principalis, tollitur obligatio accessoria.

Solutione trium annorum proxime praeteritorum probata, idem de tempore praeterito praesumitur, si solutiones diversis sint factae temporibus.

Solvere.

Solvens nomine suo pecuniam, quam alieno susceperat solvendam, fur est. l. 52. §. 16. D. 47, 2.

Solvens creditori creditoris sui ex eadem causa, liberatur. l. 35. D. 3, 5.

Sors.

Sortis solutione omnis tollitur obligatio.

Sortem recipiens creditor, videtur remisisse poenam.

Specialitas.

Duae specialitates non possunt concurrere circa idem subjectum.

Specialiter si quod fieri debet, non sufficit verbis generalibus fieri.

Speculare.

Specularia affixa domus sunt pars. l. 12. §. 25. D. 33, 7.

Spoliatus.

Spoliatus ante omnia restituendus.

Sponsalia.

Sponsalia contracta per verba de futuro, copula carnali subsecuta, transeunt in matrimonium, praesumptione juris et de jure.

Sponsio.

Ubi pro virtute certamen non fit, sponsionem facere non licet. Albertus.

Spurius.

Spurius per subsequens matrimonium non legitimatur.

Statuae.

Statuae affixae basibus non sunt aedium, ornatus enim aedium causa parantur, non quibus aedes perficiantur.

Status.

Lex naturae haec est, ut, qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur. l. 24. D. 1, 5.

Facta separatione, mulier non est amplius in potestate viri. Molinaeus.

Res quaeque facile pristinum statum recuperat.

Imperator Titus Antonius rescripsit, non laeid

statum liberorum ob tenorem instrumenti male concepti. l. 8. D. 1, 5.

Statutum.

In prohibitione statuti non fit extensio de persona ad personam, nec de gradu ad gradum.

Faciens aliquem actum videtur eum subjicere statuto de illo actu loquenti.

Statuta tantum disponunt, quantum loquuntur.

Statutum non potest habilitare personam non sibi subjectam. Bartholus.

Statuta suo clauduntur territorio, nec ultra territorium disponunt. Paulus de Castro.

Statuta stricte interpretari debent.

Statutum disponens super casu vero, habet locum etiam in praesumpto.

Statutum, quod emens rem alienam in nundinis non teneatur eam restituere, non valet.

Statutum, quod ingrediens religionem non succedat, est nullum.

Statutorum derogationem princeps pro suae voluntatis arbitrio facere potest.

Statuta omnia confirmans civitas, non praesumitur confirmare, quae sunt contra se ipsam.

Stellionatus.

Stellionatum objici posse sciendum est his, qui dolo quid fecerunt. l. 3. D. 47, 21.

Si quis rem alienam mihi pignori dederit, sciens prudensque, vel si quis alii obligatam rem mihi obligaverit, nec me de hoc certiora-

verit, crimine stellionatus plectetur. l. 36. §. 1. D. 13, 7.

Stipulatio.

Stipulari alteri nemo, nisi haeredi, potest.

Stipulans sibi, et haeredibus stipulari velle praesumitur.

Stipulans simpliciter dicitur stipulari in omnem casum.

Stipulanti decem promittens viginti, in decem tantum obligatio oritur.

Non valet stipulatio, per quam aufertur libera testandi voluntas, quia inquit Julianus, contra bonos mores est.

Nemo rem suam futuram in eum casum, quo sua fit, utiliter stipulatur. Paulus. l. 87. D. 45, 1.

Stipulatio non potest confici, nisi utroque loquente.

Stylus.

Stylum non observando judex, litem suam facit, et tenetur in syndicatu.

Stylo notorio non observato, sententia redditur nulla.

Ea, quae sunt styli, non operantur in contractibus.

Subjicere.

Subjiciens aes loco auri, furtum facit. l. 20. D. 47, 2.

Subrogatio.

Subrogatio fit vel inscio et invito creditore, cessio voluntate creditoris.

Subrogatum sapit naturam subrogati.

Nemo subrogat contra se.

Subscriptio.

Scriptura, in qua nulla subscriptio, nullam facit fidem, nec majoris est momenti quam mera cogitatio, quae nullam poenam meretur apud homines. Caldrenus.

Substituere.

Substituere liberis pater non potest, nisi si haeredem sibi instituerit. l. 1. §. 2. D. 28, 6.

Substituere possumus liberis tam haeredibus institutis quam exhaeredatis. l. 1. §. D. ibid.

Substitutionis jus non transmittitur ad haeredes. l. 81. D. 29, 2.

Substituto locus non est, quamdiu institutus admittitur. l. 69. ibid.

Substitutus non magis a testatore diligi videtur quam institutus. l. 36. §. 1. D. 35, 1.

Successio.

Successiones ab intestato a lege sunt introductae, ex tacita morientium voluntate.

Defunctorum interest, ut habeant successores. l. 6. D. 11, 1.

Succsssio non fit per saltum.

Renuntians successioni pro nullo habetur.

Cui datum est tempus ad deliberandum, adisse videtur, nisi repudiet. l. ult. C. 6, 30.

Iniquum est, ut, quibus competit aequa successio, alii abundanter affluant, alii paupertatis incommodis ingemiscant. Ambrosius.

Sublato filio de medio, nepos succedit loco filii. Bartholus.

Summa.

Summa major continet minorem.

In majore et minus.

Summarum plurium ex diversis actionibus debitarum coacervatio fieri non debet ad impediendam jurisdictionem. l. 11. D. 2, 1.

Superficies.

Superficies solo cedit.

Superficies sine solo usu capitur. l. 26. D. 41, 3.

Suum.

Stat sua cuique dies.

Suum cuique.

Suum jactare nemo velle praesumitur.

Qui suum petit, neminem defraudat.

Repetitio nulla est ab eo, qui suum recepit, et si ab alio quam a vero debitore receptum est.

Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit.

Paulus.

T.

Tabellio.

Advocati non debent exercere officium tabellionis. Gloss in leg 15. C. de decur.

Tacere.

Si tacuit, palam est, eum voluisse; patientiae consensus inest. Qui tacet, videtur consentire.

Qui tacet, non utique fatetur; sed tamen verum est, eum non negare. Paulus.

Tacere est medium tenere inter consentire vel dissentire.

Tacens diu, juri suo dicitur tacite renunciare.

Tacens dissentire dicitur, cum de ejus damno agitur.

Taciti et expressi non est par virtus.

Tactus.

Tactus honoris licitus est.

Tela.

Tela praevisa minus feriunt.

Tempus.

Tempus medium non nocet. l. 50. D. 26, 5.

Temporis longissimi cursus, vim legis habet.

Tempore qui liberatur, similis est ei, qui satisfacit.

Inesse videtur tempus tam operarum praestationi, quam itineri. Paulus. l. 20. D. 20, 7.

Ante tempus debita exigi non possunt. l. 1. C. 4, 9.

Praevalet jure, qui praevenit tempore. l. 21 & 24. C. 8, 17.

Terminus.

In termino non computantur dies impedimenti. l. 40. D. 35, 1.

Dies termini, id est, a quo terminus computatur, non est in termino, sed extra. Ricardus.

Territorium.

Quidquid est in territorio, est etiam de territorio.

Testamentum. Testator.

Testamentum facere non possunt obsides. l. 11. D. 28, 1.

Libet scrutari defuncti voluntatem, quia nihil apud nos apertius, nihil animo nostro sacratius esse debet. Quintilianus.

Inofficiosum videtur id omne, quod contra pietatis officium factum est.

Dum inofficiosum testamentum arguitur, nihil ex eo testamento valet. l. 28. in fin. D. 5, 2.

In testamentis voluntatem potius quam verba spectari placuit.

Falsa causa non vitiat legatum.

Ambulatoria est voluntas usque ad vitae supremum exitum.

Semper vestigia sequimur voluntatis testatorum.

Prohibens testari indignus fit haereditate. Testari cogens in crimen incidit.

Nemo potest in testamento suo cavere, ne leges locum habeant.

Jurisdictionis mutare formam vel juri publico derogare, testatori permissum non est. l. 2. C. 6. 23.

Furor interveniens non rumpit testamentum ante furorem, conditum.

Quod si ita scriptum sit, si haeres voluerit, non valebit legatum, seu testamentum. l. 46. §. 3. D. 40, 5.

Qui non potest dare, non potest confiteri.

Quae in testamento ita scripta sunt, ut intelligi non possint, perinde sunt, ac si scripta non essent. l. 73. §. 3. D. 50, 17.

Stricte interpretandae non sunt voluntates defunctorum.

Verba enuntiativa a testatore prolata creditoribus non praejudicant. Accursius.

Non valet stipulatio, per quam aufertur libera testandi voluntas. Bartholus.

Posteriore testamento, quod jure perfectum est, superius rumpitur.

Nemo executor testamenti esse cogitur.

Argentraeus.

Testamentum testibus non probatur. Idem.

Illud notissimum est, eum, qui legatum percepit, non recte de inofficioso testamento dicturum.

Si in nomine vel cognomine legatarii testator erraverit, si de persona constat, nihilominus valet legatum.

Constanter veteres decreverunt, testamentorum jura per se firma esse oportere, non ex alieno arbitrio pendere. l. 32. pr. D. 28, 5.

Non aliter a significatione verborum recedi oportet, quam cum manifestum est, aliud sensisse testatorem.

In testamentis obscura pro non scriptis habentur. Cujacius.

(In optionibus) cum semel dixerit haeres, utrum dare velit, mutare sententiam non poterit.

Suprema voluntas est ea, post quam alia nulla declarata est.

Si signa turbata sint ab ipso testatore, non videtur signatum.

Voluntates hominum audire volumus, non jubere. l. 19. C. 6, 23.

Deportati testamentum facere non possunt, quod nullius sint certae civitatis cives, ut secundum leges suae civitatis testentur. Cujacius.

Si cui aqua et igne interdictum sit, ejus nec illud testamentum valet, quod antea fecit, nec id quod postea. In insulam deportati in eadem causa sunt. Idem.

Id quod pauperibus testamento vel codicillis

relinquitur, non, ut incertis personis relictum, evanescat, sed omnibus modis firmum ratumque consistat. l. 24. C. 1, 3.

In conditionibus primum locum voluntas defuncti obtinet, eaque regit conditiones. l. 19. D. 35, 1.

Scripsisse et subsignasse (testamentum) magnam habet voluntatis praemeditationis et perseverantiae praesumptionem et judicium.

Argentraeus.

Testamenti factio, non privati, sed publici juris est, ideoque forma ejus privatorum pactis non laeditur. Papinianus.

Cum in testamento dies et consul adjecti non sunt, nihil nocet, quominus valeat testamentum.

Modestinus.

Nemo partim testatus, partim intestatus decedere potest.

Testator non praesumitur voluisse, quod non dixit.

Testamentum in dubio, non praesumitur confectum, cum sit quid facti.

Testamentum morte testatoris confirmatur.

Testamentum in dubio pronunciari debet, ut valeat.

Testamentum primum in dubio non revocatur per secundum minus solemne et invalidum.

Testamentum secundum tollit primum ipso jure.

Testamentum secundum, habens clausulam

codicillarem, non derogat praecedenti, habenti clausulam derogatoriam ad futura testamenta.

Testamento plus est favendum, quam filio exhaeredato.

Testamentum fratris, in quo pro parte instituta est persona honesta, et pro altera turpis, quoad honestam sustinetur, quoad turpem rumpitur querela inofficiosi.

Testandi facultatem nemo sibi auferre potest.

Testari est animum suum declarare.

Testari prohibitus, censetur etiam prohibitus codicillari.

Testator nunquam praesumitur alienam sobolem propriae anteferre.

Et praesumitur magis dilexisse natos quam nascituros.

Testator in dubio non praesumitur haeredem gravare voluisse.

Testatori non licet novas solemnitates in testamento conficiendo introducere, vel a jure inventas non observare.

Testator si mandat filiae suae, ut nubat cum consilio Caji, tenetur quidem filia requirere consilium, sed non illud sequi.

Testator si instituit posthumum nasciturum ex Seia uxore sua, non praesumitur vocasse posthumum natum ex alia uxore.

Testator si instuit partum uxoris, quae tamen non sit praegnans, praesumitur etiam intellexisse de alia uxore.

Testator vere semel tantum legare censetur,

licet expresse dixisset, se bis ipsum legare, et semel tantum debetur.

Testator si legavit argentum escarium, censetur comprehendisse vasa parata ad esum et potum.

Testator si in testamento sibi et Titio legatum adscribat, licet respectu sui sit falsum legatum, non tamen erit respectu Titii.

Testator si legavit fundum alienum, praesumitur scivisse, illum fuisse alienum.

Testator praesumitur credidisse, fundum a se legatum esse suum, quando tempore testamenti, ab ipso possidebatur, et possessio erat antiqua.

Testator si legavit rem, in qua jus tantum pignoris, ususfructus, vel aliud habet, non rem ipsam, sed jus legasse dicitur.

Testator legans rem alienam, credens esse suam, non praesumitur velle gravare haeredem eam emere et legatario praestare.

Testator si legavit creditori et dixit se legare de bonis suis, non praesumitur legasse animo compensandi, cum ipso credito.

Testator si legavit primum genus, deinde speciem, non censetur duplicatum legatum, sed species prius detrahitur.

Testator non praesumitur in dubio mutasse voluntatem.

Testator si duo conscripsit testamenta diversa, nec apparet, quod prius vel posterius conditum sit, neutrum valet.

Testator revocando primum testamentum dicitur revocasse et mutasse omnes clausulas in eo scriptas.

Testator cui legare non potest, si ut debitum relinquere se asserat, alio modo id probandum est.

Testis.

Testes unum et eundem sermonem proferentes, praemeditati videntur. l. 3. §. 1. D. 22, 5.

Testi fides adhibenda non est, cui imperari potest, ut testis fiat.

Ea, quae domi geruntur, non facile per alienos possunt confiteri.

Etiam jure civili, domestici testimonii fides improbatur. l. 3. C. 4, 20.

Parentes et liberi invicem adversus se nec volentes ad testimonium admittendi sunt. l. 6. C. ibid.

Nemo est idoneus testis in sua causa.

Omnibus in re propria dicendi testimonii facultatem jura submoverunt. l. 10. C. 4, 20.

Duobus (testibus) asserentibus, affirmativum magis creditur, quam etiam decem negantibus.

Per rerum naturam factum negantis probatio nulla est. l. 2. C. 4, 19.

In testibus spectanda sunt dignitas, fides, mores; qui vacillant, non sunt audiendi.

Contra scriptum testimonium non scriptum testimonium non fertur. l. 1. C. 4, 20.

Testis unus, testis nullus.

In ore duorum vel trium testium stet omne verbum.

Si testis dicit falsum in uno capitulo, in totum reprobatur dictum suum; etiam in aliis capitulis non divisis, non creditur ei tanquam perjuro. Baldus.

Si testes in medico sint contrarii, nihilo minus fidem faciunt. Mascardes.

Licet unus testis minus deponat quam alter, non sunt propterea contrarii.

Testes deponens non verisimilia, non probant imo sunt de falso suspecti.

Non ad multitudinem respici oportet, sed ad sinceram testimoniorum fidem et testimonia, quibus potius lux veritatis adsistit. l. 21. §. 3. D. 22, 5.

Non creditor testi, nisi reddat rationem dicti sui. Mascardus.

Testes, qui adversus fidem suae testationis vacillant, non sunt audiendi. l. 2. ibid.

Poena legis Corneliae irrogatur ei, qui falsas testationes faciendas, testimoniave falsa dicenda, dolo majo coierit. l. 1. D. 48, 10.

Quidam propter lubricum consilii sui, alii vero propter notam et infamiam vitae suae, admittendi non sunt ad testimonii fidem. l. 3. D. 22, 5.

Testis si moriens dicat, se falsum testimonium dixisse, sibi non creditur ad praejudicium ejus, pro quo lata est sententia.

Testes in dubio praesumuntur esse contestes,

Testibus nobilibus plus creditur quam ignobilibus.

Testes in testamento descripti praesumuntur rogati.

Testium fides in judicis pectore residet.

Thesaurus.

Qui thesaurum in proprio fundo invenit, totius sit dominus. l. unic 10. 15.

Timor.

Vani timoris justa non est excusatio.
Celsus.

Nunquam fidele consilium daturus est timor.

Titulus.

Melius est, non habere titulum, quam ostendere vitiosum.

De rebus, quae non apparent et de iis, quae non sunt, idem est judicium.

Nemo adnotatione propria sibi facit debitorem. Nemo sibi titulum adscribit.

Qui dat, vel dari mandat instrumentum, videtur liberationem relinquere. Bartholus.

Titulus nullus pro non titulo est.

Torrens.

Torrens est, profluet.

Totus.

Totum qui dicit nil excipit. l. 69. D. 32, 1.

Totum non petere promittens removetur a petitione cujuslibet partis. l. 27. §. 8. D. 2, 14.

Traditio.

Quoties duobus in solidum praedium jure distrahitur, manifesti juris est, eum, cui priori traditum, in detinendo dominio esse potiorem. l. 13. C. 3, 32.

Traditio nihil amplius transferre debet vel potest ad eum, qui accipit, quam est apud eum, qui tradit. l. 20. pr. D. 41, 1.

Nunquam nuda traditio transfert dominium, sed ita, si venditio aut alia justa causa praecesserit, propter quam traditio sequeretur. l. 31. pr. ibid.

Incorporales res traditionem et usucapionem non recipere, manifestum est. l. 41. §. 1. ibid.

Res ex mandato meo empta, non prius mea fiet, quam si mihi tradiderit, qui emit. l. 5. ibid.

Traditio non amplius confert quam tradentis. l. 20. ibid.

Transactio. Transigere.

Transactio facta cum putativo haerede non porrigitur ad verum heredem. l. 3. §. 2. D. 2, 15.

Transactio non porrigitur ad codicillos postea repertos. l. 3. §. 2. D. 2, 15.

Transactio non porrigitur ad ea, de quibus non est excogitatum. l. 9. §. 1. D. 2, 15.

Transactio est timor litis.

Praetori res quaerenda commissa est, non negligenda nec donanda. l. 8. §. 17. D. 2, 15.

Transactionem bona fide finitam rescindi, jura non patiuntur, nisi per se, vel per alium subtractis instrumentis, quibus veritas argui potest. l. 19, C. 2, 4.

Corrumpi aut mutari, quod recte transactum est, superveniente delicto non potest. l. 2. D. 48, 19.

Aperta est eorum iniquitas, qui reducunt in quaestionem res transactionibus legitimis finitas, et qui per impatientiam quietis finem jurgii secunda lite commutant.

Non valet transactio, cum alterius partis instrumenta celantur. l. 9. §. 2. D. 2, 15.

Transactio fit tantum de re dubia et incerta, adeo ut lites fingi non debeant, ut hoc colore transactiones fiant. l. 1. ibid.

Transfuga.

Transfugae nullum postliminium est; nam qui malo consilio et proditoris animo patriam reliquit, hostium numero habendus est. l. 19. §. 4. D. 49, 15.

Translatio.

Nemo plus juris in alium transferre potest, quam ipse habet.

Quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.

Tributum.

Pacto privatorum fieri non potest, ut creditor tributum praedii pignorati fisco non pendat. l. 42. D. 2, 14.

Turpe.

Turpia lucra sunt ab haeredibus extorquenda, licet crimina extinguantur. l. 5. pr. D. 3, 6.

Non auditur propriam allegans turpitudinem.

Turpitudinem suam nemo detegere tenetur.

Tutor, Tutela.

Tutela plerumque virile officium est. l. 16. D. 26, 1.

Tutor non rebus dumtaxat, sed et moribus pupilli praeponitur. l. 12. D. 26, 7.

In rem suam auctor tutor fieri non potest. Ulp. l. 1. D. 26, 8.

Dolus tutorum puero neque nocere neque prodesse debet. l. 3. D. 26, 9.

Absurdum est, ut alios regat, qui se ipsum regere nequit.

In tutoribus eligendis mores facultatibus praeferri debent.

Tutorem habenti tutor dari non potest. Attamen simul plures tutores dari possunt.

Tutoris praecipuum est officium, ne indefensum pupillum relinquat. Marcellus.

Tutela lucro tutori esse non debet.

Lucrum ex tutela facere tutor non debet. l. 58. D. 26, 7.

In paucissimis distant curatores a tutoribus.

Sufficit tutori, bene et diligenter negotia gessisse, etsi eventum habuit adversum, quod gestum est. l. 3. §. 7. D. 27, 4.

Obligari ex omni contractu pupillus sine tutoris auctoritate non potest; acquirere autem sibi stipulando, etiam sine tutoris auctoritate. potest. l. 9. pr. D. 26, 8.

Generaliter quotiescumque non fit nomine pupilli id, quod quivis pater-familias idoneus facit, non videtur defendi. Ulpianus.

Si tutoris haeres exsecutus est, quae tutor inchoavit, tutelae etiam eo nomine tenetur.

Pomponius.

Nulla differentia est, non interveniat tutoris auctoritas, an perperam adhibeatur. Ulpianus.

Satisdatio non impedit, quin tutor possit, si male gerat, ut suspectus removeri. Bartholus.

Suspectum tutorem eum putamus, qui moribus talis est, ut suspectus sit; enimvero tutor, quamvis pauper, fidelis tamen et diligens removendus non est, quasi suspectus. Ulpianus.

A tutela et cura excusantur, qui LXX. annos excesserunt.

Voluntariae tutelae munera privilegiis nihil derogant. l. 12. C. 5, 62.

Diversae excusationis species imperfectae nihil proficiunt. l. un. C. 5, 69.

Tutor et curator dolum, latam et levem culpam praestant. Argentraeus.

Neque volentem deponi posse tutorem, nec

invito posse auferri tutelam, certissimum est, nisi causa superveniat.

Generaliter, factum tutoris, factum pupilli.

Tutoribus concessum est, a debitoribus pupilli pecuniam exigere, non donare, vel etiam diminuendi causa cum eis transigere. l. 46. §. 7. D. 26, 7.

Quidquid tutoris dolo, vel lata culpa aut levi, seu curatoris, minores amiserint, hoc in tutelae seu negotiorum gestorum utile judicium venire, non est incerti juris.

Usurae a tutoribus non statim exiguntur, sed intervallo tempore ad exigendum. l. 7. §. 11. D. 26, 7.

Pecuniae, quas in usus suos converterunt tutores, legitimas usuras praestant. l. 7. §. 4. ibid.

Tutor in re pupilli domini loco habetur, cum tutelam administrat, non cum spoliat.

Injuriam et mulctam pupillo debitam gratis remittere tutor non potest, pater potest. Faber.

Tutor nec est in dolo, nec in culpa, qui acquirendi occasione non utitur.

Cujus pater in hostium potestate est, tutorem dari non posse, palam est. Ulpianus.

Solvitur patria potestas, finitur tutela, si pater, si tutor in servitutem redactus, vel etiam deportatus fuerit. Justinianus.

Ad certum tempus, seu ex certo tempore, vel sub conditione posse dari tutorem, non dubitatur. Idem.

Tutelam acceptare libenter nemo praesumitur.

Tutores, gerentes negotium pupillorum, coram propinquis expedire debent, ut tutiores sint.

Tuum.

Ita a me tibi datur, ut ex meo tuum fiat.

Tua res agitur, paries dum proximus ardet.

U.

Universitas.

Universitatis quae sunt, non possunt dici singulorum.

Urbs.

Suburbia urbis appellatione continentur.

Urbes ex conjunctis domiciliis constant; civitates ex conventiculis hominum. Cicero.

Urbis appellatio muris finitur. l. 2. D. 50, 16.

Usucapio.

In usucapionibus non a momento ad momentum, sed totum postremum diem computamus. l. 6. D. 41, 3.

Adversus fiscum usucapio non procedit. l. 8. ibid.

Ubi lex inhibet usucapionem, bona fides possidenti nihil prodest. l. 24. ibid.

Sine possessione usucapio contingere non potest. l. 25. ibid.

Nunquam in usucapionibus juris error possessori prodest. l. 31. pr. ibid.

In usucapionibus inobilium continuum tempus numeratur. l. 31. ibid.

Emptoris tempus venditoris ad usucapionem procedit. l. 2. §. 20. D. 41, 4.

Vulgo traditum est, eum, qui existimat, quid emisse, nec emerit, non posse pro emptore usucapere. l. 11. ibid.

Usura.

Usura id omne est, quod sorti accedit.

Usura est, rem meliorem pro deteriore accipere.

Usurarum unica praestatio, non sufficit ad obligationem pro futuro tempore inducendam.

Usurarius contractus lege divina et humana damnatur.

Usuras extorquens, non sine dolo id facere potest.

Usuras permissas esse affirmans, et peccatum non esse, eas exercere, pertinaciter defendens, haereticus praesumitur.

Iniquum est, usuras ab eo exigi, qui fructus non percipit. l. 16, §. 1. D. 22, 1.

In bonae fidei negotiis usurarum rationem haberi, certum est. l. 13. C. 4, 32.

Perceptio usurarum ab uno non perimit actionem adversus alios competentem in solidum.

Bartholus.

In deposito pecuniae numeratae, veniunt usurae a temporae morae. Idem.

Usurae a tutoribus non statim exiguntur, sed intervallo tempore ad exigendum. l. 7. §. 11. D. 26, 7.

Nullo modo usurae usurarum a debitoribus exiguntur. l. 28. C. 4, 32.

Accipiendo usuras distulisse videtur (creditor) petitionem in id tempus, quod est post diem usurarum praestitarum, et tacite convenisse interim se non petiturum. l. 2. §. 6. D. 44, 4.

Usuras emptor, cui possessio tradita est, si pretium venditori non obtulerit, ipso jure aequitatis ratione, praestare cogitur. l. 2. C. 4, 32.

Usus.

Male ad inventa malaeque consuetudines neque ex longo usu, neque ex longa consuetudine confirmantur.

Diuturnus usus, non jure suo, nihil acquirit, nec mille quidem annis. Argentraeus.

Defectu legis aut pacti conventi, recurrendum est ad usum loci, in quo res peragitur.

Non est in culpa, si quis utatur re ad eum usum, ad quem est destinata. Bartholus.

Usus pars legari non potest. Nam frui quidem pro parte possumus, uti pro parte non idem.

Usus non recipit divisionem. Paulus.

Ususfructus.

Ususfructus civitati relictus durat centum annis. l. 56. D. 7, 1.

Ususfructus etsi in jure, non in parte consistit, emolumentum tamen rei continet. l. 66. §. 6. D. 31, 1.

In venditione bonorum etiam usufructus veniat, quia appellatione domini fructuarius quoque continetur. Ulpianus.

Fructuarius causam proprietatis deteriorem facere non debet.

Morte amitti usumfructum, non recipit dubitationem. l. 3. §. 3. D. 7, 4., nam ususfructus cohaeret personae, et ab ea separari non potest, et dicitur quid personale.

Usufructu omnium bonorum legato, censetur etiam legatus nominum debitorum ususfructus.

Ususfructus si sit legatus duobus, nempe seni et adolescenti, ob Falcidiae detractionem computatio fieri debet de toto secundum aetatem adolescentis.

Usufructu omnium bonorum uni legato, alteri vero usufructu domus, mortuo usufructuario domus, illius ususfructus accrescit usufructui omnium bonorum, non autem defertur haeredi.

Uter.

Non debet calamitas matris nocere ei qui in utero est. l. 5. §. 2. D. 1, 5.

Qui in utero est, perinde ac si in rebus hu-

manis esset, custoditur, quoties de commodis ipsius partus quaeritur. l. 8. 26. ibid.

Utile.

Utilius videri debet, quod honestius est.

Utile per inutile non vitiatur in his quae separari possunt.

Nec inutile per utile confirmari potest, sed scinditur obligatio.

Utilitas publica praeferenda est privatorum contractibus. l. 3. C. 12, 62.

Ea, quae communiter omnibus prosunt, iis, quae specialiter quibusdam utilia sunt, praeponimus. Nov. 39. Cap. I.

Propter privatorum commodum non debet communi utilitati praejudicari. Paulus.

Uxor.

Ab uxore pudicitiam virum exigere, quam ipse non exhibeat, iniquum est. l. 13. §. 5. D. 48, 5.

Uxor si amovit res mariti, non praesumitur id furtim fecisse, sed ut causa hypothecae nomine suae dotis, bona illa apud se haberet.

Uxor praesumitur potius subtraxisse furtive res mariti quam quod illas quaesierit ex adulterio.

Uxor praesumitur scire facta mariti.

Uxor in eodem instrumento se obligans cum marito non tenetur, nisi quatenus in ejus utilitatem versum est.

Non debet uxor suis maritum lugere expensis.

Uxoratus.

Uxoratus non recipitur ad sacros ordines, nisi uxor ipsius promittat perpetuam continentiam.

V.

Vasallus.

Vasallus dominum contra se ipsum defendere non tenetur.

Vasallus feudum negans, de mendacio convictus, feudo cadit.

Vasallum in dubio ex propria industria, non ex bonis feudalibus acquisivisse, praesumitur.

Vectigal.

Vectigalium redditus continentur inter fructus jurium et actionum, qui continentur in legato ususfructus omnium bonorum.

Vectigalium locatio est fructuum venditio.

Vectigalium conductores persistendo, censentur reconduxisse.

Velle.

Inter velle et nolle datur medium non velle.

Velle nemo praesumitur, nisi id quod dicit.

Velle nemo praesumitur, quod jure facere non potest.

Vendere. Venditio.

Vendere damnatus intelligitur justo pretio. l. 49. §. 8. D. 30, 1.

Venditis alicujus bonis, ejus statuae non sunt venditae. l. 20. D. 42, 5.

Venditis bonis concubina excipitur. l. 38. D. 42, 5.

Vendere nolle et pretium immodicum petere, paria sunt.

Venditore rem tradente, fidem de pretio habere, praesumitur.

Sub conditione facta venditio nulla est, si conditio defecerit.

Venenum.

Plus est hominem extinguere veneno, quam occidere gladio. l. 1. C. 9, 18.

Venia.

Inhumanum est nullum veniae locum dari. l. 6. §. 3. D. 3, 2.

Veniam delinquentibus non permittimus, nec indulgentiis crimina sublevamus. l. 6. C. 12, 57.

Venter.

Venter non dicitur, nisi cum mulier est praegnans.

Verba (Conf. Interpretatio.)

Verba cum effectu sunt accipienda. l. 5. D. 2, 7.

Frustra de verbis litigatur, ubi de re constat.

Plerumque, dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur.

Intelligentia dictorum ex causis est assumenda, quia non sermoni res, sed rei est sermo subjectus.

Non solent, quae abundant, vitiare scripturas.

Forma et essentia rei est potius spectanda quam verborum cortex. Argentraeus.

Verba non sono solo sapiunt, sed et sensu; nec auribus tantummodo audienda sunt, sed et mentibus. Tertullianus.

Verbum „volo", licet desit, tamen, quia additum perfectum sensum facit, pro adjecto habendum est.

Verba praesentis temporis non porriguntur ad futura. Bartholus.

Si verba contractus conveniunt homini sanae mentis, praesumitur (contractus) fuisse sanae mentis. Talis enim praesumitur contractus, qualem verborum proprietas demonstrat.

Ubi verba clara sunt, non est admittenda voluntatis quaestio.

Non aliter a significatione verborum recedi oportet, quam cum manifestum est, aliud sensisse testatorem.

Verba generaliter prolata, sunt generaliter intelligenda.

Verba ligant homines, taurorum cornua funes.

Verbis actus maxime standum, ita ut actus potius perire debeat, quam a verbis recedatur.

cum voluntas non probata, sed in mente retenta nihil operetur.

Si in contractu locati apponitur verbum „vendo," non mutatur natura contractus.

Verba sunt cordis nuncia, nec praesumendus est quisquam dicere, quod non prius mente agitaverit.

Verba in dubio simpliciter, et non secundum quid intelligenda.

Verba debent intelligi naturaliter, et non civiliter.

Verba ita debent intelligi, ne sonent in delictum.

Verba in dubio interpretari debent in meliorem ac benigniorem sensum.

Verba haeretica proferens etsi neget intentionem, si est suspecto genere vel patria, praesumitur male sentire de fide.

Verba legis in dubio semper aliquid operantur.

Verbis narrativis summi Pontificis est credendum, quando Pontifex narrat facta coram se, vel a seipso; secus, si ab aliis.

Idem quando Papa asserit, ita esse, quod narrat.

Verbera.

Verbera illata a magistro discipulo suo praesumuntur ad emendationem illata, et ob id injuriam non inferunt, nec poena digna sunt.

Verisimile.

Quod non est verisimile, habet speciem falsitatis. Tribonianus.

Veritas.

Oportet, ut bonas causas veraciter agant advocati.

Non tam scriptura quam veritas considerari solet.

Veritatem spectamus, non, quod quis finxit.

Praesumptioni locus est, cum veritas alio modo investigari non potest.

Semper veritati locus relinquendus.

Veritas semper praevalet, eique cedunt omnia.

Verum tacere et falsum asserere paria sunt.

Vestis.

Vestium nomine veniunt etiam tapeta, fasciae, curales, impiliae et cervicalia.

Et veniunt quoque culcitrae et vestes, quae ornatus gratia potius deferuntur, quam quod corpus tegant; non veniunt autem udones.

Et venit tela, quae in pectine adhuc est, si modo praetexta est.

Vetustas.

Vetustas vim legis habet.

Vexilla.

Vexilla seu insignia navibus imposita dominum demonstrant.

Via.

Cum via publica vel fluminis impetu vel ruina amissa est, vicinus proximus viam praestare debet.

Publice utile est, sine metu et periculo per itinera commeari. l. 2. §. 1. D. 9, 3.

Uti via publica nemo recte prohibetur. l. 2. C. 3, 34.

Viam et modum amplecti quilibet praesumitur illum, quo actus suus valeat.

Viam nemo praesumitur eligere, qua sua dispositio subvertatur.

Vicinus.

Vicino quilibet cogitur non nocere, sed non prodesse. l. 2. §. 5. D. 39, 3.

Vicinum habere malum, magnum est malum.

Melior vicini conditio fieri potest, deterior non potest. Paulus. l. 20. §. 5. D. 8, 2.

Victus.

Victus verbum continet omnia, quae esui, potui, cultuique corporis, quaeque ad vivendum homini necessaria.

Victum expresse non condemnando in expensis, praesumitur judex absolvere.

Sciant victum in causa expensarum victori esse condemnandum. l. 13. §. 6. C. 3, 1.

Si ex duobus petitoribus, alter victus acquieverit, alterius petitioni non praejudicatur. l. 63. D. 42, 1.

Vidua.

Vidua iterum nubens ex bonis patris dotata praesumitur.

Vidua intra annum luctus ex bonis mariti praesumitur acquisivisse.

Viduae difficilius quam virgines nubere consueverunt.

Vidua, cui fuit legatus a marito testatore ususfructus, si steterit in viduitate, non admittitur ad legatum, nisi praestet cautionem, quod non nubet.

Vigilari.

Vigilantibus jus civile scriptum est. l. 24. D. 42, 8.

Vincere.

Si vinco vincentem te, multo magis vincere te debeo.

Vindicta.

Melius est, (malo) occurrere et mederi, quam, injuria recepta, vindictam perquirere. Gallienus. l. 4. C. 9. 16.

Vinum.

Vinum in dolio vendens, non praesumitur vendere dolium.

Vino legato, dolia legata non praesumuntur; secus de vasis et cuppis.

Vino continetur omne quod ex vinea natum vinum permanet.

Vir et uxor.

Viro et muliere una simul morientibus, praesumitur prius decessisse mulier, utpote debilior.

Viro bono credendum est.

Facta separatione, mulier non manet in potestate viri.

Virginitas, virgo.

Quando virgo est in nassa, pereunt promissa.

Virginitatem sponsae cum sponso non nisi per matrimonium deperditam lex praesumitur.

Virginitatis probatio per ejus inspectionem fallax est.

Virgo reperta in habitu meretricio praesumitur meretrix, et ob id, qui eam corrumpit, non punitur poena stupri.

Vis.

Vim vi repellere licet. l. 12. D. 4, 2.

Vim vi defendere omnes leges, omniaque jura permittunt. Paulus.

Ille, qui immediate percutit percussorem suum videtur facere ad defensam. Baldus.

Vim vi repellere licet in continenti, non ex intervallo. Bartholus.

Nihil consensui tam contrarium, quam vis ac metus. l. 116. D. 50, 17.

Tu vim putas esse solum, si homines vulnerentur; vis est et tunc, quoties quis id, quod

deberi sibi putat, non per judicem reposcit. l. 13. D. 4, 2.

Vis major.

Ea est vis major, cui resisti non potest.

Vocabulum.

Natura rerum conditum est, ut plura sint negotia, quam vocabula. l. 4. D. 19, 5.

Rerum vocabula immutabilia sunt, hominum mutabilia. l. 2. D. 30. 1.

Vocatus.

Vocatus in judicium non veniendo, judicem contemnere praesumitur.

Voluntas.

Voluntatem fuisse mutatam asserens, probare debet.

Voluntas morte finitur.

Voluntas ultima, quia ab unius tantum animo pendet, ab eo solo revocari potest.

Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris.

Nihil interest, an voluntatem suam verbis aliquis declaret, an rebus ipsis et factis.

Eadem severitate voluntatem sceleris, qua effectum puniri, jura voluerunt. l. 5. C. 9, 8.

Velle non intelligitur, qui circumvenitur et seducitur. Cujacius.

Geminata constantem voluntatem indicant.

Facta sola censenda sunt, et in judicium vocanda; sed voluntates nudae et inanes, nec legibus, neque poenis sunt obnoxiae. Cato.

Votum.

Votum si fuit factum ecclesiae de aliqua mensura, intelligitur de minima.

Votum incertum interpretamur in minus gravamen, quamvis agatur de utilitate.

Z.

Zithum non venit appellatione vini.

Zizaniam seminans tenetur. l. 27. §. 13. D. 9, 2.

PAROEMIA GERMANORUM.

I. Von den Gesetzen überhaupt.

1. Willkühr bricht Landrecht.*

2. Geding bricht Landrecht. [F. 356.]

3. Willkühr bricht Stadtrecht, Stadtrecht bricht Landrecht, Landrecht bricht gemeines Recht. Einl. §. 21.

4. Dörfer haben auch Weichbild-Recht. Lib. III. Art. 79. Einl. §. 2. A. L.-R.

5. Eine alte Gewohnheit soll man nicht brechen.

6. Eine alte Gewohnheit ist stärker als Brief und Siegel. Missbrauch ist keine Gewohnheit. Einl. §. 3, 4. I. 18. §. 719. A. L.-R.

7. Der Schöff weiset zu Recht (Gewohnheitsrecht.)

8. Ländlich sittlich — Landes Weise ist Landes Ehre. Einl. §. 34.

9. Zu viel Recht ist unrecht.

10. Hundert Jahr Unrecht ist keine (nicht eine) Stunde Recht. I. 9. §§. 568, 569.

* Francogallorum Paroemia.

II. Von Personen und deren Rechten überhaupt.

11. Sieben (Zehn) Jahr ein Kind,
I. 1. §§. 25, 26.
Zwanzig Jahr ein Jüngling,
Dreissig Jahr ein Mann,
Vierzig Jahr wohl gethan,
Funfzig Jahr stille stahn,
Sechzig Jahr gehts Alter an,
Siebenzig Jahr ein Greis, I. 1. §. 38.
Achtzig Jahr nimmer weiss,
Neunzig Jahr der Kinder Spott,
Hundert Jahr genade Gott.

12. Das Alter gehet vor.

13. Der Eid machet mündig. I. 10. §. 263. A. G.-O.

14. Kinder und Narren reden die Wahrheit. I. 10. §§. 227, 230. A.-G.-O.

15. Jugend hat keine Tugend. P. Str. G. B. §. 42.

16. Ein blinder Mann, ein armer Mann. Lib. I. Art. 4. S. L.-R.

III. Von den Ständen.

17. Es erhöhet Nichts des Mannes Schild denn Fahnlehn.

18. Wen der Kaiser adelt, der geniesst auch des Kaisers Adel. [F. 46.] II. 9. §. 9. sq.

19. Wer kein Edelmann ist, gilt für einen Bauer. II. 8. §. 1. [25 F.]

20. Bürger und Bauer scheidet nichts, denn die Mauer. II. 8. §. 2. [26 F.]

21. Keine Henne (Leibeigner) fliegt über die Mauern.

22. Herrendienste sind keine Ehegelübde. II. 5. §. 40.

23. Ehe bricht Miethe. [F. 474.]

24. Wer freien will, muss erst ausdienen.

25. Herrendienst erbet nicht.

26. Einmal Bürgermeister, allezeit Bürgermeister.

27. Das Brauen bringt den Bürgern eine güldene Nahrung. I. 23. §. 53. seq.

28. Brauerwerk ist (Manufactur und) keine Kaufmannschaft. II. 8. §. 728.

29. Die Aemter und Zünfte müssen so rein sein, als wären sie von den Tauben gelesen.

30. Was unehrlich ist, können die Aemter nicht leiden.

31. So weit Handwerksgewohnheit gehet, so weit können sich auch die Handwerker helfen. II. 8. §. 190. seq.

32. Das Handwerk hat einen güldenen Boden.

33. Ein Handwerk ist ein täglich Gült.

34. Vierzehn Handwerke, funfzehn Unglücke. II. 8. §§. 245, 310.

35. Meisters Sohn bringt das Recht mit sich.

36. Wenn einer ziehet ein, soll man ihm helfen mit Rath;
Wenn er ziehet aus, soll man ihm nehmen, was er hat.
II. 17. §. 141. sq. §. 161. sq.

37. Frei Mann, frei Gut. II. 9. §§. 37, 51.

38. Die Luft macht Leibeigen.

39. Trittst du mein Huhn, wirst du mein Hahn.

40. Die unfreie Hand ziehet die freie nach sich. II. 7. §. 93. sq.

41. Wenn der Bauer nicht muss, so regt er weder Hand noch Fuss (geht auf den Dienstzwang.)

42. Der Bauer muss dienen, wie er bespannt ist.

43. Der Bauer dient, wie er bespannt sein muss. II. 7. §§. 325, 326.

44. Wenn das Bauernvolk tanzt, hat der Adel Trauer.

IV. Von der Ehre.

45. Juristen sind böse Christen.

46. Man soll lieber zehn ehrlich machen, als einen zum Schelm.

47. Ehre verloren, alles verloren.

48. Wer eine Hure (von Heuren) zur Ehe nimmt, der ist ein Schelm oder will zum Schelm werden.

49. Eine Frau mag ihre Ehre wohl kränken. L. 1. Art. 5. S. L.-R.

50. Stiehlt mein Vater, so hängt ein Dieb. (Ausnahme bei Hochverrath.) II. 20. §. 95.

51. Der Müller ist fromm, der Haare auf den Zähnen (auf der Zung und in der Hand) hat.

52. In der Mühle ist das Beste, dass die Säcke nicht reden können.

53. Der Müller mit der Metze,
der Weber mit der Gretze,
der Schneider mit der Scheer,
wo kommen die drei Diebe her.
I. 23. §. 41. sq.

54. Schäfer und Schinder sind Geschwister-Kinder. II. 8. §. 280.

55. Armuth ist keine Schande. [F. 34.]

V. Eherecht.

56. Anwerbung macht keine Verbindung.

57. Ist der Finger beringet, so ist die Jungfer bedinget (zusagen).

58. Heimlich (nicht förmlich) Verlöbniss stiftet keine Ehe. II. 1. §§. 82, 67.

59. Alle Freier reich und alle Gefangene arm.

60. Für einen Bräutigam ist gut Bürge sein.

61. Es ist Niemand schuldig, die Kuh mit dem Kalbe zu behalten. II. 1. §. 100.

62. Schwägerschaft hindert am ehelichen Leben, fördert aber nicht zum Erben. II. 1. §. 5, 7, 8.

63. Heirathen ins Blut thut selten gut.

64. Der Taufschein scheidet.

65. Wer freien will, muss erst ausdienen. Lib. II. Art. 33. u. II. 5, §. 146,

66. Hast Du mich genommen, so musst du mich behalten. [F. 105.] II. 1. §. 99.

67. Mann und Weib sind ein Leib. Lib. 1. Art. 3.

68. Mann und Weib haben kein gezweites Gut zu ihrem Leibe. [F. 365] Lib. 1. Art. 31.

69. Ein Ritters Weib hat Ritters Recht. [F. 54.] Lib. I. Art. 20. III. Art. 48.

70. Der Männer Ehre ist der Frauen Ehre, der Weiber Schande ist auch der Männer Schande. II. 1. §. 192. A. L.-R.

71. Hausehre liegt am Weibe und nicht am Manne. II. 1. §. 194.

72. Die den Mann trauet, die trauet die Schuld. [F. 110] II. 1. §. 361. seq.

73. Ist das Bett beschritten, ist das Recht erstritten. [F. 140] Lib. 1. Art. 45. II. 1. §§. 136, 173.

74. Wenn die Decke über den Kopf, so sind die Eheleute gleich reich.

75. Leib an Leib, Gut an Gut.

76. Wem ich meinen Leib gönne, dem gönne ich auch mein Gut.

77. Hut bei Schleier, Schleier bei Hut. (Gegenseitiges Erbrecht bei kinderloser Ehe.)

78. Reiche Weiber machen arme Kinder. (geht auf die Höhe des Leibgedinges.)

79. Eingebrachtes Gut ergreift auch ererbtes Gut. (Die durch Erbschaft der Ehefrau erworbenen Güter gelten für paraphernalia.) II. 1. §. 212.

80. Leibgut schwindet Hauptgut. (Brautschatz.) [Die Erben der Wittwe können den Brautschatz nicht zurückfordern.]

81. Theuer im Sack, theuer wieder heraus. (Die Wittwe erhält ihr Eingebrachtes in dem Zustand, wie es sich zur Zeit der Theilung, nicht des Einbringens befindet).

82. Kinderzeugen bricht Ehestiftung.

83. Wenn das Kind geboren ist, ist das Testament schon gefertigt.

VI. Von der väterlichen Gewalt.

84. Die Mutter sagt es, der Vater glaubt es, ein Narr zweifelt daran. II. 2. §. 1. A.-L.-R.

85. Das ehelich geborene Kind behält seines Vaters Heerschild. III. Art. 72, I. Art. 5.-17. II. 2. §. 58. sq. [F. 42.]

86. Das Kind (folgt) gehört zu der ärgeren Hand. I. Art. 51, II. 2. §. 557. sq.

87. Keine Mutter trägt einen Bastard. I. Art. 51, II. 2. §. 656. A. L.-R. [F. 41. 43.]

88. Kein Vater kann seinen Sohn schelten. II. 20. §. 557.

89. Ein Vater kann eher zehen Kinder ernähren, als zehen Kinder einen Vater.

90. Wer eine Stiefmutter hat, der hat auch einen Stiefvater.

91. Ein Stiefvater, eine Stiefmutter.

92. Wenn die Henne zum Hahn kommt, so vergisst sie ihre Jungen. II. 2. §. 187.

93. Ein alter Mann und junge Frau, gewisse Kinder.

VII. Von der Verwandtschaft.

94. Im siebenten Grad endet die Sippe. (Quelle, Ursprung.)

95. Je näher dem Sipp, je näher dem Erbe. I. Art. 3, II. 3. §. 49.

96. Art lässt nicht von Art.

97. Keine Atzel heckt eine Taube.

98. Die Mutter eine Hexe, die Tochter auch eine Hexe.

99. Die Mutter eine Hure, die Tochter eine Hure. Art. 21, 22. CCC.

100. Das Hemd ist mir näher als der Rock.

101. Niemand schändet sein eigen Gesicht.

102. Niemand speiet in seinen eignen Bart. Pr. Str.-G.-B., §§. 228, 229.

103. Wenn die Frau todt ist, so hat die Schwägerschaft ein Ende. [F. 134.]

104. Nimmer gut, der Schwäger Rath thut. III. 3. §. 13. sq. A. G.-O.

VIII. Von Vormundschaften.

105. Es wird nie ein treuer Vormund gefunden.

106. Bei viel Hirten wird übel gehütet.

107. Wer die meisten Stimmen hat, der hat das meiste Recht.

108. Eine Jungfer stehet vor (für) einen Mann. I. 1. §. 24.

IX. Von Sachen und deren Rechten überhaupt.

109. In der Noth sind alle Güter gemein.

110. Der Wind gehört der Herrschaft. II. 15. §. 229. sq.

111. Was die Fackel verzehrt, ist Fahrniss. II. Art. 58.

112. Kirchengut hat eiserne Zähne; frisst eines mit dem andern hin und bringt dem dritten Erben keinen Gewinn.

113. Kirchengut hat Adlersfedern.

114. Allen Thieren ist Friede gesetzt, ausser Bären und Wölfen. II. Art. 61. I. 9. §. 152. II. 16. §. 34.

115. Otter und Biber haben keine Häge. I. 9. §. 172.

116. So weit ein Strafgericht gehet, so weit gehet auch der Forst.

117. Wohin der Dieb mit dem Strang, dahin gehört der Hirsch mit dem Fang. (Jagdberechtigt ist derjenige, dem die peinliche Gerichtsbarkeit zusteht.)

18. Wenn der Busch geht dem Reuter an den Sporn,
So hat der Unterthan sein Recht verlorn.

(Wer Wiesen und Aecker verwildern lässt, verliert sein Eigenthum.)

119. Wer mag Jagen, der darf auch Hagen.

120. Man muss der Kalbzeit ihr Recht lassen. II. 16. §. 45.

121. Vogelfang gehört zu dem Wildbann. II. 16. §. 32.

122. Die Tauben haben keine Gall und sind der Leute überall. I. 9. §. 111.

123. Der Eichbaum für die Stadt (geht auf das Eigenthum gewisser Holzarten.)

124. Was ich von meinem Feind bekomme, das ist mein. I. 9. §. 194.

125. Dein Fund mein Halb. I. 9. §. 68.

126. Ein Fund verhohlen, ist so gut als gestohlen. II. Art. 37, I. 9. §. 73.

127. Es hat Jedermann ein freies Schürffen. II. 16. §. 142.

128. Der erste Finder ist auch der erste Muther. II. 16. §§. 154, 158.

129. Nicht die Muthung, sondern die Findung eines Ganges erlangt das Alter im Felde.

130. Aller Schatz unter der Erde begraben, tiefer denn ein Pflug gehet, gehöret zu der Königlichen Gewalt. I. Art. 35. II. 16. §. 69. sq.

131. Ist die Henne mein, so gehören mir auch die Eier. I. 9. §. 324.

132. Wer säet, der mähet. II. Art. 49. gegen I. 9. §. 275.

133. Gartenwerk Wartewerk.

134. Was in des Nachbars Garten fällt, das ist sein. II. Art. 52. I. 9. §§. 289, 290, 292.

135. Dem der Hagen, (Zaun) dem ist auch der Graben. I. 8. §. 188.

Verjährung.

136. Dem Zweifler gebühret nichts. I. 7. §. 15.

137. Es ist schon über Jahr und Tag.

138. Ein Jahr böse, hundert Jahr böse. [F. 130.] I. 9. §. 579.

139. Jahr und Tag ist die rechte Gewähr. [F. 749.] I. 29.

Schenkung.

140. Es übergiebt sich Niemand leicht. I. 11. §. 1040.

141. Wider Willen kann man Einem wohl was nehmen, aber nicht geben. I. 9. §. 1058.

142. Einem geschenkten Gaul soll man nicht sehen ins Maul. I. 9. §. 1083.

143. Niemant kann geven ende houden.

Vindication.

144. Wo Einer sein Gut findet, da spricht er es an. I. 15. §. 1.

145. Das Gut folget seinem Herrn. II. Art. 31. No. 2. Lüb. Recht. III. Tit. IV. Art. 8.

146. Das Gut löset seinen Herrn. (Jus alienandi.)

Pacht.

147. Eisern Vieh stirbt nicht. I. 21. §. 452. sq.

X. Von den Dienstbarkeiten.

148. Kein Müller hat Wasser und kein Schäfer Weide genug. II. 15. §. 233, 236.

149. Die Wiese gehet in das Heu zu St. Georgentag. I. 22. §. 109.

150. Das Holz muss pfleglich gehalten werden. I. 22. §. 170. sq.

151. Was die Egde bestrichen und die Hacke bedecket, das folget dem Erbe. II. Art. 58, III. Art. 76. I. 21. §. 150. sq.

152. Du heisst Urben, (Urban) bist weder gerathen noch verdorben. II. Art. 58.

(Wer die Nutzung von einem Weinberg hat, vererbt das Recht auf die Lese auf seine Erben, wenn er den St. Urbanstag erlebt, ein Recht, das zu jener Zeit dem Ertrage nach noch unsicher ist.)

153. Was nicht eine bestimmte, gemessene, gewidmete Zeit hat, wird allewege auf ewig verstanden.

XI. Vom Erbrecht.

154. Wer will wohl und selig sterben, lass sein Gut dem rechten Erben.

155. Es ist nichts liebers als Kindes-Kind. I. Art. 5. (Repräsentationsrecht.)

156. Es stirbt kein Gut zurück, sondern vorwärts (Ausschluss der Eltern durch die Geschwister des Verstorbenen.)

157. Das Kind fällt wieder in der Mutter Schooss. I. Art. 17. II. 2. §. 490. (Ausschluss der Geschwister durch die Eltern.

